Epl'e canonice duplicī rōne sic vocate fuerūt. Prīa rō Secunda rō.

H Epistole pauli ⁊ canonice: sūt libri sapientiales:

Qō. v. Responsio ad qōnez.

A

Ari. p̄ etb.

Magis sūt laudādi auctores antiqui quaz noui.

B

Maior est auctoritas sacre scripture q̄ omniū aliarum scientiarum.

Prio excellit sac. scri. alias scias ex parte auctoris: qui est deus.

ctoritas scientiaꝝ humanaruꝫ ꝙ̃ sacre scripture: sed potius auctoritas excellit valde omnes scientias cuiuscũqꝫ auctoritatis: ⁊ de quocũqꝫ obiecto sint: ⁊ qualitercũqꝫ ōmōstret. Et excellit in multis. ¶ Primo ex parte auctoris: quia auctores scientiarum sunt ipsi homines: cum ipsi eas inuenerint sicut dicitur primo metaphysice. q̃ propter nimium admirari inceperunt philosophari. i. inuenire partes philosophie q̃ sunt diuerse scientie. Ipsi quoqꝫ eis per tempus supplementa dederunt: sicut dicitur primo ethicorum per tempora partiũ additamẽta facta sunt. Sacre scripture auctor solus deus est. Ipse enim reuelauit quicquid in ea continetur. Et licet homines ea descripserint non proprio ingenio nec ex propria opinione: sed solum dictãte spiritu sancto qd scriberent: vt patet. ij. petri. p. homo autem purus nõ est auctor sacre scripture. Q̃ vt declaratum fuit. ō. in. questione iij. si constaret aliquem librum esse certissimum nec esse ibi quicqꝫ suspectum de errore: sed potius res sacras: dum tñ sciremus illum factum ab aliquo viro perito per solã humanam peritiam nullo modo poneretur inter libros sacre scripture. Causa ibi declarata est. Et quia vt diximus auctoritas libri vel sciẽtie est ab auctore: quãto deus qui est auctor sacre scripture excellit hominem: tanto scientias humanas excellit sacra scriptura: non quidem quãtitate sed proportionaliter; quia alias excederet illas in infinitũ cũ deus excellat hominem in infinitum. Nulla tamen creatura quãtumcũqꝫ perfecta excellit alteram in infinitum: quia nulla creatura est infinita. ¶ Secundo est excellentia ex parte modi certificandi vel tradendi. Nam tota certitudo scientiarum humanarum est per lumen intellectus: fm q̃ cognoscũtur per se nota: ⁊ ipsas res dubias resoluimus vsqꝫ ad per se nota ⁊ facimus eas videri ipsi intellectui sicut res per se notas: ⁊ sic conficiuntur conclusiones scientifice. Istud autẽ lumen intellectus humani est paruuꝫ ⁊ potens deficere cũ sit quedam creatura: maxime quia anima nostra est infima omnium intelligentiarum: ⁊ est in confinio intelligentie ⁊ corporis: vt patet in libro de causis: ⁊ sic potest in mltis deficere: ideo res ab ea inuente non erunt omnino perfecte: sed adhuc de eis poterit dubitari: medium autem tradendi sacram scripturam est per lumen increatum q̃ illustrat scriptores eius. Et sicut lumen illud nõ potest deficere: ita nec scriptores inquantum diriguntur ab illo possibile est errare aut mentiri: cum tota scriptura sit prophetia quedam: sicut accipit beatus Petrus. ij. pe. p. non quidem inquãtum tota agat de reuelatiõibus circa res futuras: quod nos stricte vocamus prophetiam: sed sicut ille qui pronunciat futura vocatur propheta: quia nõ potest illa nisi spiritu sancto reuelante predicere: ita cum tota scriptura sacra fuerit scripta solum spiritu sancto reuelãte ⁊ dirigente scriptores licet cõtineat res historicas: vel doctrinales aut legales vel cuiuscunqꝫ modi vocabitur tota prophetia. Et istum modũ prophetie accepit beatus Petrus in dicto loco: ꝑ ex littera planissime. Magna ergo: imo maxima omnium auctoritatum que sub celo esse potest: est auctoritas sacre scripture. ¶ Quomodo autem scriptores vel annunciatores primi sacre scripture imutati fuerint per illud lumen increatũ ad predicendum h: dico q̃ fit quinqꝫ modis. s. apparẽte angelo in effigie humana: ⁊ loquente. ¶ Secundo modo per vocem que audiebatur: non visa effigie loquẽtis. ¶ Tertio modo per visionem imaginariam: imutando fantasiam in sõno vel in vigilia. ¶ Quarto modo per solam imutationem intellectus: nullo exterius facto in corpore: ⁊ h̃ in vigilia. ¶ Quinto modo per imutationem intellectus ⁊ elevationem vsqꝫ ad extasim: factis exterius immutationibus in corpore sicut in mortuis. De quibus modis late declaratum est numeri. xij. ⁊. ij. parali. xviij. in quadam questione. ¶ Tertio excedit sacra scriptura scientias in certitudine. Nam licet certitudo cuiuslibet scientie proprie dicte maxime in mathematicis sit euidentia quedam ⁊ claritas ipsius rei que scitur: maior tamen est certitudo sacre scripture. Q̃ patet. Incertitudo conclusionum in scientijs: ⁊ euidentia earum habetur ex certitudine ⁊ euidentia principiorũ: ita q̃ principia sunt magis certa ⁊ cognita q̃ cõclusiões: ideo Aristote. vj. ethicorum. vocat principia magis credita q̃ cõclusiones. i. magis certa. Cognitio tamen vel certitudo ipsorum principiorum que sunt quedam propositiones multuꝫ

Scriptores sac. scri. fuerunt imutati ad scribẽdum sacram scrip. qnqꝫ modis.

ꝑmo modo
ſcõ modo
tertio mõ.
ꝙrto modo
ꝙnto mõ.

E

Tertio. Excellit sa. scrip. alias scias in certitudine.

vniuersales licet non habeatur per aliquam probationem: dependet tamen ex cognitione sensitiua: sicut in ista q̃ totũ sit maius sua parte: probatio habetur per oculuꝫ: ⁊ sic eis certitudo intellectus ad vltimum reducitur ⁊ resoluitur ad certitudinem cognitionis sensitiue: quia illa est principiuꝫ eius cum dicamus q̃ nihil sit in intellectu quin prius fuerit in sensu. Certitudo tamen sacre scripture est maior q̃ certitudo que habetur per sensum: quãtum ad adhesionem vel firmitatem credite rei. Nam magis assentimus rebus creditis q̃ rebus visis: sicut declarabat beatus Petrus. ij. pe. p. Vbi cum dixisset de transfiguratiõe domini quam ipse oculis conspexit: ⁊ vocem illam de celo allatam auribus suis audiuit: magis tamen se dicit credere dictis prophetaruꝫ q̃ visioni sue: cum ait. Delapsa voce ad eum a manifesta gloria. Hic est filius meus dilectus ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allataꝫ: cum essemus cum ipso in monte sancto. Et seqtur. Et habemus firmiorem prophetice sermonem: cui benefacitis accedentes. Et sic dixit firmiorem esse probationem ex prophetico sermone: q̃ ex eo q̃ ipse viderat. Ex quo sequitur q̃ si ōduceretur fidelis ad hoc vt oporteret negare aliquam rem quam videt ⁊ experitur: aut aliquem articulum fidei: potius deberet negare ea que videt: cum dixerit beatus Petrus firmiorem esse prophetiaꝫ quã ea que videmus. Et ratio est: quia circa ea que videmus posset homo aliqualiter deludi: sicut fit in prestigijs vel in patientibus ophthalmiam: qui iudicant oia que vident esse alterius coloris. Circa ea tamen que sunt in sacra scriptura non potest esse error cum spiritussanctus illa dixerit. Ideo magis assentiendum est sacre scripture q̃ visioni. ¶ Quarto excellit sacra scriptura scientias quantuꝫ ad necessitatem. Quia quicquid est in sacra scriptura est simpliciter necessarium ⁊ ineuitabile post q̃ iam scriptum est: ita vt facilius esset perire totum mundum q̃ deficere aliquid in sacra scriptura: sicut christus dixit. Celum ⁊ terra transibunt. verba autem mea non transient: ideſt magis facile est celum ⁊ terram transire: ideſt desinere esse q̃ frustrari verba mea. Et sicut dicitur de verbis christi: ita intelligendum est de omnibus alijs que sunt i sacra scriptura. Quia sicut verba sua erant verba dei: quia ipse erat deus: ita verba omnium aliorum qui dixerunt aliquid in sacra scriptura sunt verba dei: quia deus per eos loquebatur: sicut dicitur ō apostolis non estis vos qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Matthe. x. ⁊ Luc. xxj. In scientijs autem humanis nõ est simpliciter necessitas ⁊ ineuitabilitas: quoniam multa iudicant tales scientie esse simpliciter necessaria tãquaꝫ deducta ex suis principijs: ⁊ tamen possunt frustrari ⁊ aliquando frustrant: sicut patet de scientia astrologica que est propria scientia cum sit vna de demonstratiuis: ⁊ per illam iudicat astrologus simpliciter necessariuꝫ: q̃ si nũc sol est in circulo meridiei vel in puncto orizontis q̃ vsqꝫ ad vigintiquattuor horas erit iterum in circulo meridiano vel in puncto orizontis. Et tamẽ hoc potest frustrari ⁊ frustratum est tempore Josue cum ad preces eius deus fecit stare solem sine motu quasi spatio vnius diei: ⁊ nõ fuit vnq̃ tam longa dies iosue. i. Similiter iudicat astrologus necessarium est q̃ sol per motum diurnum qui est motus raptus moueat ab oriente in occidente: ⁊ simul omnia astra. Et tamen hoc frustrari potest: scilicet q̃ moueatur motu diurno ab occidente in orientem: sicut factum est tẽpore Ezechie: quando fecit deus redire solem per decem lineas in horologio Achab: ⁊ postea redijt ad cursum suum. iij. regum xx. ⁊ Ysa. xxxviij. ita de ceteris conclusionibus que putantur necessarie in istis scientijs poterit esse frustratio. Nũq̃ tamen frustratuꝫ fuit aliquid de sacra scriptura: nec est possibile frustrari. Ideo ipsa habet maiorem necessitatem ⁊ ineuitabilitatem q̃ scientie humane. Et ex hoc etiam probatur q̃ supra dicebat: scilicet q̃ sit maior certitudo sacre scripture q̃ scientiarum: quia illud quod est magis necessariuꝫ ⁊ ineuitabile est magis certum. Et fm hoc ponemus tres gradus certitudinis. ¶ Primus est sacre scripture. ¶ Secundus cognitionis sensitiue. ¶ Tertius est sciẽtiaruꝫ humanaruꝫ: scilicet quia sacra scriptura est magis certa q̃ cognitio sensitiua: scilicet q̃ visio: vt supra declaratuꝫ est: ⁊ cognitio sensitiua est magis certa q̃ scientifica cum ꝓncipiuꝫ scientie sit ex sensu: vt supra declaratum est: ideo nõ solum

Potius negãda est res quaꝫ videmus: q̃ articulus fidei.

4° excellit sacra scri. oẽs alias scias q̃tum ad neccitatẽ q: oẽ q̃ in ea est neciũ ⁊ ineuitabile.

Astrologi scia p sacraꝫ scri. frustraꝫ alicq̃: sic ipse Josue quãdo sol stetit in celo.

sacra

D

2°. scia sac. scrip. excellit alias sciẽtias ex pte modi tradendi.

ſacra ſcriptura eſt magis certa quã ſcientie ſed etiam magis certa q̃ꝫ principia prima omniũ ſcientiarum. ¶ Quinto excellit ſacra ſcriptura omnes ſcientias ex parte obiecti: quod ſpecificat ipſam ſcientiam ⁊ tribuit ei dignitatez. obiecta autem omnium ſcientiarum ſunt res create: obiectum autem ſacre ſcripture inquãtum ipſa tota eſt vnum corpus ẽ deus: quia non agitur in ea niſi de deo vel de rebus inquãtum habent quãdam attributionem ad deum. ſcilicet inquantum a deo creantur: vel gubernantur: vel ab eo diriguntur: aut in ipſum tendunt: ⁊ ſic de varijs modis attributionuz. Nã ſic etiam eſt in ſcientijs q⁹ de quibuſdam agitur in eiſ que non ſunt obiectum ipſarum nec partes obiecti: ſed habent atributionem ad obiectum: deus autem excellit in immenſum omnem rem creatam: ideo ſacra ſcriptura ex parte obiecti excellit valde omnes ſcientias humanas. ¶ Sexto excellit ſacra ſcriptura ex parte vtilitatis: quia non ſolum ipſa perficit intellectum per hoc q̃ cognoſcitur ſicut faciunt ſcientie ſpeculatiue: ſed etiam confert nimis ad ſtatum hominis. Et quãtum ad ħ ſcientie ſpeculatiue ⁊ generaliter omnes humane ſunt inutiles: ipſa autem ſacra ſcriptura eſt vtiliſſima quia per eam eſt ſalus. Nam niſi quis crediderit que in ea habentur peribit in eternum: ⁊ ſi crediderit ipſa diriget euz in vitam eternam: Ideo ſacra ſcriptura vocatur liber vite: ſicut dicitur ecc. 34. ſ. Hec omnia liber vite: ideſt totuz quod habetur in ſacra ſcriptura eſt liber vite: quia ad vitam confert. Que autem habentur in alijs ſcientijs ſunt potius libri mortis: non q̃ mortificent: ſed q̃ vitã non tribuunt nec cognoſcunt illam. Et ob ħ verba chriſti que erant verba ſacre ſcripture vocantur verba vite ⁊ viuificãtia hominem: ſicut ſpiritus viuificat carnem. Jo. 6°. ſ. verba que loquor vobis ſpiritus ⁊ vita ſunt. Sic etiam dixit beatus Petrus ibidem. Domine ad quem ibimus? Uerba enim vite eterne habes. Scientie autem humane ad iſtam vitã nihil cõferunt: ideo vocantur inutiles ſicut dixit apoſtolus de philoſophia ad coloſſen. ſcdo. vocans eam inutilem. ſcilicet. Uidete ne quis vos decipiat per philoſophiam ⁊ manez fallaciam ſm traditionem hominum: ſm elementa mundi: ⁊ non ſm chriſtum. multe quoq̃ alie excellentie ſacre ſcripture ſuper ſcientias humanas poſſunt poni: que ex hijs patebunt cuilibet conſideranti.

¶ De dria auctoritatis libroꝝ veteris ⁊ noui teſtamenti.

Questio. vj.

Q̃. vj. A p̃ eadẽ ẽ auctoritas veteris ⁊ noui teſtamẽti ex auctore eius: qa idem auctor. ſ. deus.

Queritur de differentia auctoritatis libroꝝ noui ⁊ veteriſ teſtamenti: an ſint aliqua maioris vel ſint eiuſdem auctoritatis. ¶ Quidam dixerũt q̃ erat differentia auctoritatis ex auctore vel conditore. ſcilicet q̃ auctor veteris teſtamẽti fuerit de⁹ malus: ⁊ auctor noui teſtamenti fuerit deus bonus. Iſta fuit poſitio manicheorum hereticoruz. Dixit enim Manicheus eſſe duo p̃ncipia in rebus. ſcilicet vnum principium bonorum ⁊ aliud malorum: ipſum principium malorum dixit eſſe deum malum. ⁊ ab hoc dixit eſſe factam tenebram ⁊ creatam feminã ⁊ datum vetus teſtamentum: ⁊ plurima alia que poſuit in coordinatione malorum. principium bonorum dixit eſſe deũ bonum: ⁊ ab hoc factam lucem ⁊ creatum maſculum ⁊ datum nouum teſtamẽtum: ⁊ omnia alia que ſunt in coordinatione bonoꝝ. Iſte autem in tantum fuit inſanus: q̃ non ſolum hereticus aut infidelis: ſed dementiſſimus omnium hominum dici deberet: ita vt reſponſione non egeat niſi p̃pter ſimpliciſſimos: vt eius inſaniam cognoſcant. De ceteris autem circa que tam naturaliter q̃ꝫ ex ſacra ſcriptura cõuinci poterat quia longiſſimũ eſſet ⁊ aliqualiter extra p̃poſitum noſtrum: dicendum non eſt. Sed cum dixit maſculum eſſe a deo bono ⁊ feminam a deo malo patet eius inſania. Nam idem deus creauit maſculum ⁊ feminam. Gen. p̃ B ſcilicet. Creauit deus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam: maſculum ⁊ feminam creauit illos. ¶ Sciendũ tñ q̃ ħ non probat contra manicheum quia ipſe negabit illud: eo q̃ non recipit vetus teſtamentum cũ dicat illud eſſe factum a deo malo. Patet tamẽ hoc matthe. 16. cum chriſtus dixit. Non legiſtis quia qui fecit homines ab initio maſculum ⁊ feminam fecit eos. Iſtud non negabit manicheus q: recipit nouum teſtamentum. Et dicit illud datum a deo bono. Q: autem dixit vetus teſtamentum datuz a deo malo ⁊ nouum teſtamentum a deo bono inſania maxima eſt: cum ſit deus vnicus nec eſt poſſibile plurificari deos: vt etiam probant philoſophi ⁊ patet. 12. metaphyſice. Sed dato q̃ eſſent pluresꝫ dij: neceſſe erat dici q̃ ab eodem deo datum erat nouum ⁊ vetus teſtamentũ: ſicut patet Johan. 8. cum chriſtus dixit. Eſt pater meus qui glorificat me quem vos dicitis quia deus veſter eſt. Et pater chriſti erat deus iudeorum ⁊ ille dederat vetus teſtamentũ: chriſtus autem dedit nouum: ſed chriſtus ⁊ pater ſuus ſunt vnus ⁊ idem deus: ideo idem deus dedit vtrũq̃ teſtamentuz. Item patet ħ ad hebreos primo cum dicitur multifarie multiſq̃ modis olim deus loquẽs patribus i ꝓphetis: nouiſſime loquutus ẽ nobis in filio. Et ſic ille idem deus qui loquebatur per prophetas erat q̃ loquutus eſt nobis in filio. Sed ille vt loquens in prophetis dedit vetus teſtamẽtum: quod per prophetas ſcilicet primo per moyſem: deinde per ceteros in diuerſis tẽporibus completum eſt: ipſe autem vt loquens per chriſtuz filium ſuum dedit nobis nouum teſtamentum: ideo idem deus eſt qui dedit vtrũq̃ teſtamentũ. Et non poterit negare manicheus iſta teſtimonia quia ſumũtur de nouo teſtamento: quod ille bene recipit. Obmiſſa ergo iſta inſania manichei dicendum q̃ idem deus eſt qui dedit vtrũq̃ teſtamẽtum: ideo non eſt diſtinctio auctoritatis noui ⁊ veteris teſtamenti per auctorem ſiue per conditorem. ¶ Nec poteſt eſſe differentia auctoritatis ex lumine per quod vtrũq̃ traditur ⁊ cognoſcitur: quia vtrũq̃ lumine ſupernaturali per reuelationem diuinam habitum eſt: ſicut dixit apoſtolus ad hebreos primo. ſcilicet q̃ loquebatur deus olim patribus per prophetas. ſcilicet in veteri teſtamento: nunc autẽ: ideſt in nouo loquitur deus per filium. Et ſic vtrobiq̃ deus loquitur: ideo vtrũq̃ per lumen ſupernaturale traditum eſt. ¶ Nec poteſt aſſignari differentia quãtum ad certitudinẽ. Nam tanta eſt certitudo veteris ſicut noui teſtamenti: quia alias diceremus facilius eſſe reperiri mendaciũ in veteri teſtamento q̃ꝫ in nouo: ⁊ falſum eſt quia equaliter impoſſibile eſt vtrobiq̃ reperiri mendacium: cum vtrobiq̃ idez deus loquatur: qui non eſt magis verax nec magis certus in dictis ſuis vno tẽpore q̃ꝫ alio. Ideo ſub tanta neceſſitate obligamur credere vera eſſe quecũq̃ tradita ſunt in veteri teſtamento ſub quanta obligamur credere quecunq̃ traduntur in nouo. Et ob ħ ſicut eſſet hereticus imo infidelis qui negaret chriſtum eſſe filium virginis: ita equaliter eſſet infidelis qui negaret ſamuelem eſſe filium helchana de quo primo Re. i. c. licet chriſtum eſſe filium virginis ſit ſimpliciter articulus pertinens ad ſalutem: ⁊ ſamuelem eſſe filium helchana ſm ſe non pertinet ad ſalutem: imo ſm ſe nullo modo eſt vtile: quia etiam ſi ħ non fuiſſet nihil minus eſſet de ſalute noſtra ⁊ de complemento ſacre ſcripture. Si tamẽ chriſtus non fuiſſet homo ⁊ filius virginis: multa deficerent de ſalute noſtra ⁊ de integritate ſacre ſcripture. Poſtq̃ꝫ tamen ſcriptum eſt ſamuelem eſſe filium helchana ita neceſſe eſt credi ſic chriſtum eſſe filium virginis: quoniã ſi detur oppoſitum tota fides peribit. Quod patet quia ego non credo dictis in ſacra ſcriptura ꝓpter aliquã probationem quam habeant aut veriſimilitudinem quia nullaz habent: cum potius ſint ſupra lumẽ intellectus noſtri. ¶ Sed credo illi ꝓpter auctoritatem dicentis. Unus tamen ⁊ idem fuit vtrobiq̃ loquens: ideo equaliter in omnibus partibus dictoꝝ ſuorum ei credendum eſt. Iſta eſt etiam poſitio ſancti Thome ſecunde in tractatu de fide. ¶ Nec etiaz poteſt eſſe differentia ex parte neceſſitatis ⁊ ineuitabilitatis. Quia ſicut ſunt ineuitabilia ⁊ neceſſaria ea que ſunt in nouo teſtamento ita etiam ſunt ineuitabilia que habentur in veteri: nec poſſet de illis perire aliquid quin fieret ſicut patet. Naz ſicut chriſtus dixit celum ⁊ terra tranſibunt verba autem mea non preteribunt Matthe. vigeſimoquarto. ⁊ Marc. decimotertio: quod intelligitur de nouo teſtamento: quia illud eſt q̃ ipſe predicabat: ita etiam ipſemet dixit de veteri teſtamento q̃ erat neceſſarium ⁊ ineuitabile. ſcilicet q̃ non erat poſſibile aliquid in eo ſcriptum deficere: vt patet Mat. ſexto ⁊ Luc. decimooctauo ſcilicet. Amen dico vobis donec tranſeat celum ⁊ terra iota vnum aut vnus apex non preteribit de lege donec omnia fiant: ideſt facilius poſſet celum

Unus de⁹ ſolus dedit vtrũq̃ teſtamentũ.

Toſta. ſuper Mat. a v

D 6° excellit. ſa. ſc. oẽs ſciẽtias rõe vtilitatiſ q: p eaz hr̃ ſaluſ eterna.

Sa. ſcriptu. vocatur liber vite

E 2° eadẽ ẽ auctoritas veteris ⁊ noui teſtamẽti ex reuelatione.

D 3° eadẽ ẽ auctoritas veteris ac noui teſtamẽti ex certitudine.

E Poſitio ſci cti Tho.

f. addicam

Jota qd sit Apex quid sit.

Nouū testamentum excellit vetus auctitate ⁊ dignitate.

F p Excellit ex parte auctoris quia deꝰ imediate illud loquutus ē i nouo: sed i veteri mediatibus ꝓphetis.

G 2° Excellit nouū testm̄ vetus i auctoritate ministroꝝ ei⁹.

⁊ terra transire.i. deficere q̄ꝫ q̄ maneret aliq̄ pars minima de lege que non compleretur: quam partem minimam significauit per iotam quod apud hebreos vocatur Joth ⁊ est littera minima omnium hebrearum. apex dicitur punctus positus super litteram qui non est littera licet dirigat simplices in legendo. Quasi dicat. Si apices qui non sunt de integritate scripture nō possunt preterire in vacuum quia potius periret celum ⁊ terra: quāto magis propositiones vel partes alie sacre scripture? ¶ Quantum ad ista ergo quattuor supra assignata non potest esse differentia auctoritatis noui ⁊ veteris testamēti sed equalis auctoritatis ⁊ dignitatis sunt. ¶ Alia tamen multa sunt in quibus differunt: ⁊ excellit nouum testamentum vetus in auctoritate ⁊ dignitate.

¶ Primum est ex parte auctoris imediati noui ⁊ veteris testamenti. Nam licet auctor mediatus sit deus qui vtrobiq̄ loquebatur ⁊ in ꝟ non differunt: fuerunt tamen auctores imediati in testamento veteri prophete p quos deus loquebatur: in nouo autem fuit christus: qui non solum inquantum deus sed etiam inquātum homo excellebat omnes homines simul sumptos sine vlla comparatione. Et ad significandum dignitatem noui testamēti super vetus tetigit apostolus imediate istam differentiam ad hebreos primo: dicēs q̄ olim deus loquutus est patribus in prophetis nunc autem. scilicet in nouo testamento loquutus est nobis in filio. Et ad significandū magis istam differentiaꝫ dignitatis apostolus probauit ibidem non solum christum esse excellentiorem omnibus hominibus sed etiam maiorem omnibus angelis cum ait. Tanto melior angelis effectus quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquādo angelorum filius meus es tu ego hodie gēui te? Et multas alias prolationes ad ꝟ ponit apostolus eodem capitu. Item probat ꝟ apostolus comparando christum hominem ad moysem. Nam fuit moyses primus ⁊ acceptissimus deo inter omnes qui denunciauerūt aliqd ex parte eius. Unde per ipsum moysem tota lex populo publicata est. Apostolus tamen probat christum excellentiorem valde moyse dicens Moyses quidem fidelis erat in tota domo dei tāquam famulus eius in testimonium illorum que dicenda erant: christus vero tāquam filius in domo sua. scilicet propria ad hebreos. tertio. Et iterum ibi. Amplioris enim glorie iste pre moyse dignus habitus est: quanto ampliorem honorem in domo habet qui fabricauit illam. Et multa alia inducit ad hoc eodem capitu. Est ergo maior dignitas noui testamenti quā veteris quantum ad imediatum conditorem. scilicet christum hominem filium dei. Nam christus inquātum deus non solum est conditor noui testamenti sed etiam veteris. ¶ Secūdo excellit nouum testamentum ad vetus i auctoritate quantuꝫ ad alios ministros delegatos vel cōmissarios non in tradendo sed in publicando: qui fuerunt apostoli. Et isti comparati prophetis maiores illis sunt. Nam isti erant prophete sicut ⁊ illi vt probauit beatus Petrus ex auctoritate ioelis contra iudeos dicentes apostolos esse ebrios: vt habetur actuum secundo. ¶ Primo excellebant eos in modo prophetie: quia deus erat promptus ad loquēdum per apostolos ⁊ alios ministros noui testamenti quādocūq̄ vellent: intātum q̄ nō oportebat eos cogitare quid loquerentur sed spiritus sanctus imediate loquebatur per eos Matthe. decimo ⁊ Luca. vigesimoprimo. scilicet. Dum steteritis ante reges ⁊ presides nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora ⁊c̄. Non erat autem sic in aliquo propheta veteris testamenti. Nam nō habebāt deum promptum quādo volebant aliquid cognoscere sicut dixit heliseus quarto regum de sunamite. Dimitte illam q⁹ anima eius in amaritudine est: ⁊ dominus celauit a me nec indicauit mihi. Et interdum petebant prophete a domino instanter responsum de aliqua re ⁊ non respōdebat eis vsq̄ post decem dies. Sicut fuit de Jeremi. petente an israelite descenderent in egyptum Je. quadrageſimo secūdo. Interdum autem non respōdebat vsq̄ ad tres hebdomadas etiā si propheta se affligeret ieiunijs ⁊ orationibus vt deus ei reuelaret. Sicut fuit de Daniele qui tribus hebdomadis panem desiderabilem non comedit: ⁊ tunc ei responsum ē Danielis decimo. Ad apostolos autem spiritus sanctus veniebat etiam non vocatus. Ideo erat excellentia valde magna istorum sup illos. ¶ Scō excellebant ēt eos ex parte rerum reuelatarum: quia altiora valde reuelata sunt apostolis q̄ꝫ reuelarent̄ pphetis. ¶ Tertio erant ēt excellentiores ex parte miraculorum quia faciebant stupēda miracula: nō solum tanta quāta christus sed etiam maiora: sicut ipse dixerat eis maiora horum facietis. Nam de Petro legitur q⁹ cū transiturus esset per vicos in Jerusalem ponebantur egri in grabatis in vico: vt transeunte eo vmbra eius tangeret quēq̄ꝫ ⁊ sanaretur. actuum quinto. Quod tamē nūquam a christo legimus factum. Petrus etiam suscitauit hominem mortuum a q̄ttuordecim ānis: ⁊ beatus Andreas suscitauit simul quadraginta viros: christus tamen nūquam legitur talia fecisse. Prophete autem multi fuerunt qui nunquam fecerunt miracula: alq̄ autem pauca fecerunt ⁊ quasi cum difficultate vt colligitur ex locis vbi habentur gesta eorum. ¶ Quarto excellunt etiam apostoli quia loquebātur omnibus linguis. Actuum secundo. ¶ Sed de nullo vnq̄ legitur ꝟ in veteri testamento multa alia ⁊ magna sunt in quibus isti excellebant illos de quibus nunc non est agendum sed dicetur late in libro nostro ꝟ quinq̄ legibus. scilicet etna naturali. humana mosaica. ⁊ euangelica. Et non solum apostoli excellebant prophetas: sed etiam quicūq̄ habens ministrationem aliquā in nouo testamento excellit omnes qui sunt in veteri testamento. Quod christus inuit cum dixit non surrexisse inter natos mulierum maiorem Johāne baptista. scilicet inter omnes qui fuerant ante eum. Et postea sequitur. Qui in regno celorum minor est maior ē illo. Et vocatur regnum celorum nouum testamentum Mat. vndecimo. Et est cōueniens comparatio: quia Johānes fuit finis veteris testamenti ⁊ principium noui. vt ait Johannes chryso. in sermōe de collatione beati Jo. ¶ Tertio excellit nouum testamentum ad vetus quia in nouo testamento ē liber euangeliorum qui excellit in auctoritate ad omnes libros sacre scripture vt ait Augusti. in lib. de concordia euāgelistarum in principio. scilicet. Inter omnes auctoritates que sanctis litteris continentur euangeliuꝫ merito excedit. ¶ Quarto excellunt libri noui testamenti libros veteres sicut finis excellit ea que sunt ad finem. Nam ea que sunt ad finem non habent bonitatem aliquam nisi inquātum attingunt ipsum finem. Libri autem veteris testamenti sunt propter libros noui testamenti. Nam cum nouum testamentuꝫ sit aliquid perfectum ad quod homines imperfecti non poterant imediate pertingere: oportuit dari aliud minus perfectum in quo excitarentur homines vel assuescerent ad possere recipere legem perfectam quādo daretur. Sic ponit apostolus ad gala. iij. ⁊ iiij. dicens q⁹ lex moysi fuit pedagogus noster in timore. scilicet q⁹ quādiu fuimus in veteri testamēto fuimus sicut pueri: imperfecti sub pedagogo in nouo autem testamento dicit nos esse viros perfectos sine pedagogo. Scripta ergo in nouo testamento per que liberamur a seruitute veteris sunt perfectiora scriptis veteris testamenti. ¶ Quinto excellunt libri noui testamenti libros veteris sicut sol excellit vmbram ⁊ veritas excellit figuram. In veteri enim testamento soluꝫ erat figura rerum ⁊ vmbra ⁊ nō ipse res que sperabantur ad hebreos. x. scilicet. Umbrā. n. habet lex futurorum bonorum ⁊ non ipsam imaginem rerum: in nouo autem testamento ponuntur clare ipse res sperate. scilicet christus saluator ⁊c̄. que in veteri testamento significabantur ⁊ non dabantur: in nouo autem data fuerunt ⁊ aperte significata. Et ob hoc ꝟ in veteri testamento erant multe figure: eo q⁹ res siue veritas ibi non ostendebatur nec dabatur sed solum significabatur vt longe absens. ¶ Sexto excellit scriptura noui testamenti ad veterem: q⁹ illa cessauit ista autem in eternum manebit: ⁊ propter hoc apostolus vult illud vocari vetus ⁊ istud nouum: q⁹ illud cessauit ⁊ peribit istud autem non peribit ad hebreos. 8. ſ. dicendo autē nouū veterauit primus. Quod autem antiquatur ⁊ senescit prope interitum est. ¶ Septimo excellit in auctoritate ipsum nouum quia melius est simpliciter nouum testamentum q̄ꝫ vetus: q⁹ in isto est perfectio in illo non ad hebreos. 8. scilicet. Nunc autem melius sortitus est ministerium quāto melioris testamenti mediator est: q⁹ in melioribus repromissionibus sanctiuꝫ est. Multe quoq̄ alie excellentie sunt ipsius noui testamenti: sed q⁹ iste non tm̄ pertinēt ad libros ⁊ scripturam quātum ad ipsum testamentuꝫ ⁊ statum eius nihil de ꝟ dicam sed dicetur in libro nostro de quinq̄ legibus.

Petrus suscitauit mortuum a xiij. an.

ꝟ 3° Euāgelium excedit cēs lib. sac. scripture.

J 4° excedit testamentuꝫ nouū libros testamēti veteris ex fine: q⁹ testm̄ vet⁹ datuꝫ fuit propter nouum vt imperfectū pp pfectū.

K 5° testm̄ nouum excellit vet⁹ sicē sol vmbrā: ⁊ sicut veritas figuram.

L 6° excellit testm̄ nouum vetus ex duratione: quia testamētū nouū durat ī eternuꝫ ⁊ vetus cessauit

M 7° excellit testm̄ nouum vetus in auctoritate: q⁹ melius ē nouuꝫ q̄ꝫ vet⁹ testm̄.

¶ De differentia auctoritatis librorum noui testamenti ad se inuicem. Questio. vij.

Q5. vij

Queritur an sit aliqua differentia auctoritatis inter libros noui testamenti ad se inuicem. ¶ Dicendum q̄ saltem est aliqua differentia auctoritatis euangeliorum ad ceteros libros: sicut dixit Augustinus in libro de concordia euangelistarum: q̄ inter omnes auctoritates que sacris litteris tradite sunt euangelium merito excedit. ¶ Quidam autem dicunt q̄ excedit euangelium propter auctorem. scilicet christum: ceteri autem libri pertinent ad alios. Sed dicendum q̄ non stat: quia christus non est conditor codicis euangelij: cum ipse nihil scripserit: sed euangeliste scripserunt. Et si hoc consideretur quidam alij libri noui testamenti sunt excellentiores euangelijs: quia quedam sunt euangelia scripta a non apostolis sicut euangelium Marci ⁊ Luce. Epistole autem Pauli ⁊ apocalypsis Joānis essent digniores libri quantum ad auctores quā euangelia Marci ⁊ Luce: quia isti non fuerunt apostoli: ⁊ illi fuerunt apostoli. ¶ Alij ergo dicunt q̄ euangelia excellunt alios libros: quia in eis continentur dicta ⁊ gesta christi. Sed obijcietur q̄ non solum in eis continentur dicta christi: sed etiam in alijs libris noui testamenti: q̄ quicquid scripserunt apostoli doctrinale in epistolis suis a christo acceperunt sicut dixit beatus Paulus. ad galatas primo. q̄ euangelium quod ipse predicauit non accepit illud nec didicit ab homine: sed per reuelationem Jesu christi. Ergo ita sunt dicta christi in alijs libris sicut in euangelijs. ¶ Dicendum q̄ euangelia excedunt omnes libros noui testamenti. in duobus. ¶ Primo quia principaliter continent dicta ⁊ facta christi q̄ alij libri. Nam licet in alijs libris interdum reperiantur aliqua dicta ⁊ facta christi. Tamen non principaliter vel totaliter sicut in euangelijs: in quibus nihil continetur nisi dictum aut fm̄ a x̄po: vel ad eum pertinens. sicut sunt passiones sue. Sunt tamen alij libri noui testamenti in quibus paucissima dicta aut facta christi continentur: sicut est liber actuum apostolicorum in quo solum texitur historia de actibus ipsorum apostolorum a die ascensionis christi vsq̄ ad tempus quo Paulus fuit rome in carcere. Sic etiam est de apocalypsi Joā. Nam nihil ibi continetur de factis aut dictis christi: sed solum reuelationes facte beato Joanni de statu ecclesie vniuersalis a principio sui vsq̄ ad finem seculi.

A p̄a opio de p̄emi nētia librorum noui testamēti ad se inuicem.

2° opio de p̄emi nētia librorum noui testamēti ad se inuicem.

Oppo. p̄dictis opinionibus.

B Rñsio ad obiectiones.

p̄ euangelia excedunt oēs lib. noui testamēti q̄ cōtinēt dcā ⁊ facta christi.

¶ Secundo excedit euangelium alios libros: quia ibi continentur gesta ⁊ dicta christi: inquantum ab eo dicta vel facta sunt: cum euangeliste solum fuerint historiographi salutaris. In alijs autem libris noui testamēti: licet interdum contineantur aliqua dicta aut facta christi non ponuntur ibi vt dicta vel facta ab eo. sed inducuntur a scriptoribus librorum ad probandum intentionem suam super aliqua re. In ceteris autem euangelia non sunt maioris auctoritatis quam ceteri libri noui testamenti. scilicet non sunt maioris certitudinis. Nam sub tanta necessitate obligamur credere ea que sunt in actibus apostolorum vel in apocalypsi Joannis quanta obligamur credere ea que sunt in euangelijs. Ratio patet ex eis que declarata sunt precedenti questione scilicet q̄ equaliter obligamur credere samuelem esse filium helchana sicut christum esse filium virginis.

C 2° euangelia excedunt lib. noui testi: inq̄tuz ꝓtinent dicta ⁊ fca x̄pi.

D Lib. noui testi alij ab euangelijs se excedunt dupl'r. s. ex pte auctōis ⁊ ex pte materie

¶ Item non est maior necessitas aut ineuitabilitas in dictis euangelicis q̄ in dictis aliorum librorum: quia alias dicemus q̄ facilius erat concedi esse mendacium in dictis alicuius libri noui testamenti q̄ in euangelio. omnia tamē spiritu sancto dictante scripta sunt qui omni tēpore est equaliter verax ⁊ omni tempore equaliter ipossibile est eum mētiri: ideo non est facilius concedi posse reperiri mendacium in vno libro q̄ in alio: nec in oibus est equal'r ipoſe. ¶ Nūc ꝓsiderandū est exceptis euāgelijs aniter alios libros noui testamēti sit aliqua differētia auctoritatis vel sint equales. ¶ Dicendum q̄ quātum ad certitudinem ⁊ ineuitabilitatem ⁊ obligationem ad credendum equales sunt. Qz sicut probatum est euangelium non excellit aliquem librum noui testmenti in auctoritate illo modo. ergo a fortiori vnus non excellit alium in ꝟ. ¶ Sed dicendum q̄ se excellunt i auctoritate dupliciter. vno modo ex parte auctoris. alio modo ex parte materie. ¶ Primo modo liber actuum apostolorum est minoris auctoritatis vel dignitatis ceteris libris noui testamenti: quia exceptis euangelijs omnes libri noui testamenti sunt conditi ab apostolis preter actus apostolorum. Nam epistole Pauli sunt a paulo condite: licet qdam putent epistolam ad hebreos non esse eius: sed Clementis vel alicuius alterius. ecclesia tamen tenet illam esse Pauli de quo Hieronymus in prologo eiusdem epistole. Canonice epistole a quattor apostolis condite sunt. scilicet Jacobi: Petri: Joāne: ⁊ Juda: apocalypsis a Joanne apostolo descriptus est. Solus autem liber actuum apostolicorum scriptus est a Luca qui non erat apostolus. ¶ Secundo excedit vnus liber alium in materia: ⁊ isto modo epistole pauli ⁊ canonice epistole excedunt actus apostolorum: ⁊ apocalypsis Joannis. ¶ Primo patet quia tam epistole pauli q̄ canonice continent precepta noui testamenti que sunt ō necessitate salutis. ⁊ per illa erudimur in omnibus agendis: liber autem actuum apostolorum solum continet historiam de actibus apostolorum in principio ecclesie primitiue. Et ista licet sint vtilia ⁊ erudiant hominem: in multis tamen non sunt ita simpliciter de necessitate salutis. sicut precepta contenta in epistolis Pauli ⁊ canonicis: per que tota ecclesia dirigitur. ¶ Secundum patet quia apocalypsis Joannis non continet instructionem aliquam preceptorum: sed solam reuelationem. Et licet non possit dici liber inutilis cū sit reuelatus per spiritum sanctum: ⁊ omnis scriptura per spiritum sanctum reuelata vtilis est ad docendum ⁊ arguēdum: corripiendum: ⁊ erudiendum. 2°. ad Timotheum tertio. tamen vtilitas eius non ita constat sicut vtilitas epistolarum Pauli ⁊ canonicarum: potissime quia ibi cōtinētur reuelationes de futuris contingentibus circa ecclesiaz: illa autem sunt historica: ⁊ non sunt ita excellentia sicut precepta noui testamenti tradita in canonicis epistolis ⁊ Pauli que ad omnem actionem necessaria sunt.

2°

Q5. viij.

¶ Quare liber vbi sunt scripta euangelia dicat liber euangeliorum: ⁊ quid sit euangelium. Questio. viij.

A Euāgeliuz signāt bona anūciationem.

Queritur cum iste sit codex euangeliorum qua re vocetur sic: ⁊ quid sit euangeliuz. dicendum q̄ euangelium est nomen grecum ⁊ significat bonam annunciationem vel bona noua: vt vulgariter loquimur. Istud autem competit valde istis quattuor libris. vt. j. dicetur: ex hoc quia in eis annunciatur bonum: sicut angelus apparens pastoribus in natiuitate christi: de quo totuz euangelium est: dixit eis euangelizo vobis magnuz gaudiū: q̄ natus est hodie saluator mundi. Luce. 2. ¶ Sciendum tamen q̄ licet euangelium fm se significet bonam annunciationem: aliquādo tamen accipitur diuersimode. Nam sepe accipitur euangelizare solum pro annūciare vel predicare. sicut dicitur in psalmis. lxvij. Dominus dabit verbum euāgelizantibus. i. predicantibus. Sic etiam accipitur p̄ma ad corin. nono. scilicet. Si non euangelizauero veh mihi idest si non predicauero. ad roma. io. dicit. Q̄ specioſi pedes euāgelizantium pacem euangelizantium bona. idest predicantium pacem: ⁊ predicantium bona. Et sic accipitur euangelium pro predicatione. sicut dicit etiam Matthe. x. Qui reliquerit patrem ⁊ matrē propter me: ⁊ ꝓpter euangeliuz. i. propter predicationem. ¶ Aliquando accipitur euangeliū proprie pro bona annunciatione ⁊ euāgelizare. idest bona annunciare. sic patet naū. primo. s. Ecce super mōtes pedes euangelizantis. idest bona annunciantis. ¶ Aliquādo accipitur euangelium pro mala annunciatione: ⁊ euangelizare. idest annunciare illa mala. ad galatas primo. scilicet. Miror q̄ sic tam cito transferimini in aliud euangelium: quod non est aliud nisi sunt qui nos conturbant: ⁊ volunt cōuertere euangelium christi. Nullum tamen euangelium potest esse bonum ad quod homo se transferat recedendo ab euāgelio christi. ideo illud est malum euangelium. Et eodem. c. dicitur. Si quis vobis euangelizauerit preter id qō accepistis. i. contra id qō accepistis anathema sit. idest sit maledictus ⁊ excōmunicatus. Et sic maluz erat illud euangeliū Et sic solet accipi large euangelium pro quacūq̄ annunciatione vel predicatione. Ad significandum autez specialiter istud euangelium christi ponunturalique adiūctiones. Nā interdum vocatur euangelium pacis: ⁊ aliquando euangelium eternum: ⁊ aliquando euangelium regni dei: sicut patet Mat. 4. ⁊ 9. scilicet. Circuibat christuſ predicans euangelium

Antiqui inc. euāgelia. Matthei et iuxta sim. maiores ciy auctores. q̄ euange. Marci et Luce. mfra. q. 24.

gelium regni dei. ꝛ Marci primo. dicitur ꝙ circuibat p̄dicans euangeliū regni dei. De euāgelio pacis dicit ad ephe. 6. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ꝛ calciati pedes in p̄parationem euangelij pacis. Uocatur autez euangelium pacis: quia ad pacez maxime monet: quia christus sepe dicebat pacem meam do vobis; pacem relinquo vobis. Joānis decimoquarto. Uel euangelium pacis: quia illi qui suscipiunt illud debent esse in pace ꝛ non debent: litigare: sed potius iniuriam tolerare: sicut dixit apostolus Timotheo. Seruum dei non oportet litigare. Multa alia nota habet euangelium ſm multas conditiones eius.

Qō. ix.

¶ Quare libri q̄ttuor euangelistarū dicantur euangelici. ꝛ an istud nomen possit p̄uenire libris veteris testamenti.

A Rñsio ad p̄m q̄situm qōnis.

Questio. ix.

Queritur quare istud nomen specialiter conuenit istis quattuor libris vt dicantur euangelici: ꝛ an possit cōuenire aliquibus libris veteris testamenti. ¶ Ad primum dicendum ꝙ cum euangelium significet annunciationem vbicunq; bona annunciātur poterit euangelium dici: siue sint scripture sacre siue non. Potius tamen conuenit sacris libris q̄ꝫ alijs: cum in eis meliora annuncientur: ꝛ magis pertinentia ad salutem nostrā. Et sic omnes possent vocari euangelia. Ad hoc tamen ꝙ istud nomen cōmune specialiter alicui tribuatur: necesse est ꝙ conueniat illi per excellentiam: sicut magnum solent vocare romani pompeium. Ita enim Lucanus loquitur quandocunq; absolute dicit magnum: pompeium intelligit. Sic etiam cum prophetam dicimus absolute Dauid solemus intelligere: quia ille fuit excellentior inter omnes prophetas secundi ordinis: scilicet in canendo per psalmos. vt declaratum est primo paralipomenon. xv. ꝛ primo regum. xx.

B

Et cum dicimus apostolum. Paulum intelligimus: qz ipse plus omnibus laborauit: cuz ipse solus vocetur apostolus ꝛ doctor vel magister gentium. 2. ad timothe. primo. Ita de euangelio nunc dicenduz est: ꝙ conueniet libro in quo specialissime bona annunciantur. Et h̄ nulli ita conuenit sicut istis quattuor libris qui de christo sunt: qui est totuz bonū. Nam vt declaratum est supra in quadam questione: euangelia specialiter pertinent ad christum inquantum ibi solū traduntur facta ꝛ dicta eius: ꝛ inquantum ab eo dicta ꝛ facta sunt. ¶ Annunciantur ergo in euangelijs bona multipliciter. ¶ Primo quia in eis annunciatur christus qui est totum bonum non solum nostrum: sed vniuersaliter est bonum: cum sit substantia boni ipsemet: quia deus est.

p annūciat xp̄s in euā. q est bonuz vl̄e ꝛ suba boni: quia ipse deus.

¶ Secundo annunciatur bonum: quia in eis annunciatur christus. vt saluator noster. Et istud est maius bonum inquantum pertinet ad nos. Et hoc specialiter nunciauerunt angeli christo nato pastoribus. Luc. secundo. scilicet. Annuncio vobis magnum gaudium: quia natus est hodie saluator mundi: scilicet per quem totus mundus qui nunc captiuus tenebatur liberabitur a morte ꝛ a peccato: ꝛa diabolo: quia ab his tribus christus nos liberauit: vt declarat magister ꝛ docto. iij. sententiaruz. di. 2ª. Et ab isto gaudio ꝙ angeli annunciauerunt potuit iuste vocari liber iste in quo de christo agitur euangelium. ¶ Tertio annunciātur bona in eo: quia verba eius sunt vita: ꝛ hominem viuificāt: sicut christus dixit Joā. vj. Uerba que ego loquutus sum vobis spiritus ꝛ vita sunt. idest sunt spiritualia ꝛ viuificāt spiritum sicut spiritus viuificat carnem. ¶ Quarto annunciantur bona: quia in eo vita eterna ꝛ bonuz nobis annunciatur: quod est ipsa felicitas: ꝛ vocatur regnum celorum. Joan. vj. cum dixit Petrus Domine ad quem ibimus? Uerba enim vite eterne habes. idest que perducūt ad vitā eternam: ꝛ ista erāt verba euangelica. Et propter hoc vocatur interdum istud euangelium regnum celorum. vel regni dei quod idem est. Matthe. iij. ꝛ viij. scilicet. Et circuibat Jesus predicans euangelium regni. i. regni celorum ꝛ sanās omnem langorem. Marchus autem addidit: dicens ꝙ circuibat predicans euangelium regni dei. ¶ Quinto annūciatur bonum: quia non solum in eo annunciatur felicitas nostra quam vocamus vitam eternam vel regnum celorum: sed etiam modus perueniendi illuc cum dantur precepta illuc dirigentia. Et hoc christus dixit in principio predicationis sue: scilicet penitentiam agite: approp̄inquabit enim regnum celorū. Matthe. iij. ꝛ Marci primo. quasi dicat. Nō

2° annūciat xp̄s i euāg. vt saluator nr̄: qō est magm̄ bōuz nr̄um.

3° annūciatur bona i euāg. qa v̄ba xp̄i q̄ sūt vera vita.

4° ānūciāt in euāg. bona. qz vita etna in eo p̄dicat.

5° ānūciat i euāg. modus peruenīdi ad vitā eternaz.

potest illuc iri: nisi per penitentiaz. Et Marci. vlti. Qui crediderit ꝛ baptiçatus fuerit saluus erit. Qui autem nō crediderit condemnabitur. Multis alijs modis bonum annūciatur specialius in isto libro q̄ꝫ in alijs: ideo vocatur propprie euangelium. ¶ Ad secundum dicenduz ꝙ sicut supra diximus accipiendo large euangelium competit etiā libris qui non sunt in sacra scriptura: ꝛ a fortiori omnibus libris sacris: cum non sit aliquis liber sacer qui non sit aliquo modo ordinatus ad dirigendum vitam humanam cuz sit traditus per spiritum sanctum qui nihil inutiliter facit. 2. ad Timotheum primo. scilicet. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum: ad arguendum: ad corripiendum: ad erudienduz in iustitia vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Et sic libri veteris testamenti non possunt vocari euangelia. ¶ Primo quia ipsa precepta veteris testamenti absolute non erant bona: quia cum darētur populo imperfecto deus permittebat eis aliqua mala: scilicet repudiare vxores: ꝛ vsuras ab extraneis accipere deuteronomij. vigesimotertio. ꝛ vigesimoqrto. Permittebat etiā vindictam inimicorum quantum ad rancorez numeri. xxxvj. ꝛ deuteronomij. xix. Alie quoq; leges erant continentes quandam imperfectionem: ꝛ sic vocantur aliquando ista precepta mala vel non bona Ezechiel'. secūdo. scilicet. Dedi eis precepta non bona. ¶ Secundo non erat bonuz in hac lege: quia essent ibi alia precepta que non essent mala. idest non permitterent malum: nullum tamen bonuz importabant. sicut precepta de imolationibus peccorum: ꝛ de purificationibus corporalibus ꝛ similia: que in se nullum bonum importabant: sed solum erant ad occupandum iudeos in quadam seruitute dei: ne diuerterent ad seruitutem demonum. Et sic lex non faciebat homines perfectos: nec iustificabat quēquam: vt patet ad hebreos. sexto. ꝛ nono.

2°

3°

¶ Item licet in lege noua ꝛ veteri contineatur bonum. dicitur tamen de eis bonum equiuoce sicut sanum de cibo ꝛ de homine: vel magis sicut homo. de homine vero ꝛ pictore ita in nouo testamento bonum est realiter. in veteri autem non erat realiter bonum: sed vmbra quedā vel figura eius. Ad hebreos decimo: scilicet vmbram futurorum bonorum lex habet: non ipsam imaginez. idest substantiam vel veritatem boni. Et ob h̄ dixit apostolus ꝙ nouum testamentum erat melius veteri. ad hebreos octauo. scilicet. Nunc autez melius sortitus est ministeriuz: quanto ꝛ melioris testamēti mediator est quod in melioribus repromissionibus sanctum est: Multa alia sunt pertinentia ad defectum in veteri testamento: propter que non dicitur ibi esse bonum: ꝛ multe excellentie in nouo testamento propter quas dicatur ibi esse bonum simpliciter. De quibus nunc nō dicetur: sed in libro nostro de quinque legibus. Non ergo dicetur ꝓprie aliquis liber veteris testamenti euangelium: quia non reperitur ibi perfectum bonum quod requirit euangelium.

¶ An aliquis liber noui testamenti preter istos quattuor libros euangelistarum possit dici euangelium.

Adm q̄situ qō. rñsio.

Questio. x.

Qō. x.

Queritur an epistole Pauli vel aliquis liber noui testamenti possit dici euangelium: preter istos quattuor libros euangeliorum.

Opinio aliqruz.

¶ Quidam dicunt ꝙ epistole Pauli vocantur euangeliū: sicut ipse dixit ad romanos decimosexto. scilicet. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum. Et ibi intelligunt p̄o epistolis Pauli: quia nulla alia scripta ipse reliquit. De alijs quoque libris noui testamenti dicunt ꝙ possunt vocari euangelia: quia in eis bonum simpliciter annunciatur: ꝛ non est de illis sicut de libris veteris testamenti qui imperfectaz legem continent.

Rñdet opioni p̄dicte.

¶ Dicendum tam de epistolis Pauli q̄ꝫ de omnibus libris noui testamenti ꝙ possent aliqualiter vocari euangelia. Nullus tamen eorum sic vocatur nec proprijssime eis conuenit istud nomen. Patet quia vt supra dictum est cum euāgeliū sit nomen cōe non potest dici spāliter vel per attributionē de aliquo nisi p excellētiā inueniat bonuz in eo: qō tamen per excellentiam dicitur vni soli conuenit. Liber tamen euangeliorum continet bonum excellentius alijs ꝛ auctoritas sua est maior omnium aliorum auctoritate: ideo nullus liber alius iam posset specialiter vocari euangelium: sed esset larga appellatio inquātuz ibi quoddaz bonum

Libeuā gel. p̄p excellētiaz auctoritatē oz. p̄prie vocari euā gelium.

Oppo. q̄ nō de beāt esse q̄ttuor libri euāgeliorū.

B Rūsio.

num'annunciatur. Et tunc conueniret omnibus libris sacre scripture: quod est inconueniens. ¶ Sed tunc obȝcietur q̄ non debeant etiam esse quattuor libri euangeliorum: quia cum dicatur per excellentiam: vni eorum tantuȝ conueniet. ¶ Dicendum q̄ quattuor sunt libri euangeliorum: quia omnes de eadem materia tractant: scilicet de gestis ⁊ dictis christi. Et idem omnes dicunt: licet quidam breuius alij prolixius. Et sic nulla est differentia inter eos in materia siue in bono de quo tractant: vel quod annunciant. Cū ergo sint equales: necesse est vel omnes illos vocari euangelia vel nullum. Sed inconueniens fuit nullū vocari euāgelium: cum ibi excellentissimum bonum annuncietur. omnia ergo debuerunt vocari euangelia. Si autez non tractarent omnes euāgeliste de eadez materia: sed de varijs: vnus solus liber vocaretur euangelium. scilicet in quo de dictis ⁊ factis christi ageretur. ¶ Apparet ergo ex hoc q̄ nullus aliꝰ liber noui testamenti debeat vocari euangelium: cuȝ in nullo contineatur bonum per excellentiam preter illos quattuor libros. De epistolis quoq; Pauli dicenduȝ q̄ nō vocantur euangelia. Et cum Paul. dixit. ad romanos. xvj. Secundum euangelium meum: non intellexit ibi de epistolis suis. Et cum obȝcitur q̄ nulla alia opera scripsit: concedatur: ipse tamen euangeliuȝ suum nō dicit esse aliquod euangelium a se vel ab alio scriptum: sed quicquid ipse predicabat vocabat euangelium: sicut omnes alij predicatores quos mittebat christus: dicebātur euangelizare: ⁊ ipse paulus dixit. Si non euangelizauero veh mihi. Que est ergo merces mea. Ut euangelium predicans sine sumptu ponā euangelium. p̄. ad corinthi. viij. Manifestum est tamen q̄ Paulus non predicabat ea que erāt in epistolis suis: quia ille solum erant propter aliqua emergentia: ⁊ dirigebat illos ad ecclesias in quibus prius predicauerat. ⁊ illud quod ibi prius predicauerat vocatur euangelium: ⁊ illud dicebat ipse euangelium suum. Item patet ℔ clarius ad gala. ꝑmo. scilicet. Notum enim facio vobis fratres euangeliū q̄ euāgelizatum est a me: quia non est ꝼm hominez. Et sic dicebat se euangelizasse galatis aliquod euangelium. ⁊ tamen nulla epistola est ad galat. nisi ista in cuius principio istud ponitur. Ergo ea que predicauerat prius Paulus galatis vocauerat euangelium ⁊ non ipsam epistolam. Uocat tamē aliquando illud euangelium suuȝ: non q̄ ipse illud edidit: sed quia ipse illud predicabat. Et sic quilibet apostoluȝ poterat vocare euangelium suum quod ipse predicabat. Potest autem predicatio Pauli vocari euangelium: inquātum large omnis predicatio est euangelium: idest annunciatio boni. Alio modo vocatur stricte euangelium: quia ipse predicabat gesta ⁊ facta christi que vocantur euangelium. sic dicitur prima corinthi. idest. Nos predicamus christum crucifixum: ⁊ prima corinthi. ij. Ego cum veniissem ad vos fratres non me iudicaui scire aliquid inter vos nisi christum iesum ⁊ hunc crucifixum. idest nihil predicabā vobis nisi de passione christi ⁊ similibus: ⁊ istud erat euangelium. ¶ Sciēdum tamen q̄ interdum vocatur euangelium in sacra scriptura determinatio concilij generalis. sic patet ad gala. 2°. cum Paulus dixit q̄ Petrus non ambulabat ad veritatem euangelij. Id tamen de quo Paulus increpabat Petrum erat q̄ ipse subtrahebat se a gentilibus nolens manducare de cibis eorum: sed obseruabat cibos legales ꝓpter tumorem iudeorū qui venerant de hierosolymis a Jacobo: ante tamen q̄ȝ venirent Petrus comedebat cum gētilibus de omnibus cibis. Nunc vero per hoc q̄ subtrahebat se a cibis gentilium. videbatur inuere q̄ erat peccatum comedere de illis. Et per hoc videbatur cogere gentiles conuersos ad christum obseruare legalia. Istud autez dicebat beatus Paulus esse contra veritatem euangelij. Non est tamē sensus q̄ esset contra aliquod de quattuor euangelijs: sed erat contra determinationem concilij generalis quod fuerat celebratuȝ ab apostolis ⁊ a tota ecclesia. act. xv. Ubi pronunciauerunt neminem obligari ad obseruanda legalia potissime conuersos de gentilitate: sed posse manducare q̄ vellent. ¶ Contra istam determinationem concilij generalis videbatur agere Petrus cum per suam simulationez videretur adhuc obligare gentiles ⁊ cogere eos ad obseruāda legalia. Et sic vocatur determinatio concilij generalis euangelium, Hoc factum est spiritu sancto dictante: vt cognosceretur per hoc auctoritas ⁊ potestas concilij generalis: quia nulla est maior super terram: ⁊ non potest errare in pertinētibus ad fidem: nec errat in pertinentibus ad mores. Quilibet autem homo quātumcunq; sanctus ⁊ quātecunq; potestatis potest errare in fide ⁊ effici hereticus. sicut de multis summis pontificibus legimus: vt de liberio. ⁊ Joan. 22°. ⁊ alijs quibusdam. De erroribus autem eorum circa mores cuilibet patet. Sola etiam generalis synodus loquitur nomine spiritus sancti: cum nulli congregationi hominū quātecunq; dignitatis: ⁊ nulli homini quātecūq; potestatatis: aut meritorum conuenit talis locutio: sicut patet actuū. xv. Cum enim ibi diffiniret concilium generale ponitur forma diffiniendi. s. Placuit spiritui sancto: ⁊ nobis cōgregatis in vnum ⁊c. Et istum modum diffiniendi habuerunt omnia concilia generalia ab exordio ecclesie vsq; nunc. Nullus tamen summus pontifex quātorumcūq; meritorum diffiniendo dixit vnq̄. placuit spiritui sancto ⁊ mihi. Et non solum quādo solus summus pontifex diffinit: sed etiam si diffiniat cū toto collegio Cardinaliū qui simul dicūtur facere ecclesiā romanam non dicunt placuit spiritui sancto ⁊ nobis. Nemo enim quātumcūq; sanctus nec quātumcūq; superbus presumpsit vsq; hodie hanc sibi formam diffiniendi vsurpare: ipsum autem generale concilium tenet eam iure suo: cuȝ reperiatur ab apostolis sic fuisse tentam. Et sic synodus generalis ponit spiritum sanctum tāq̄ȝ coniudicem suum vel assessorem sibi in iudicando: ⁊ q̄ illa diffinitio ab ambobus simul procedat. ⁊ tamen spiritus sanctus non potest errare. ideo concilium generale errare non potest potissime in fide. Omne autez qō est inter mortales preter concilium generale siue sit homo siue vniuersitas: aut qualiscūq; cōgregatio errare pōt tā fide q̄ȝ in moribus. Ad significāduȝ ergo istaȝ excellentissimā auctatē ⁊ ꝓuilegiū quo nullū maius pōt eē vocaī determinatio concilij gñalis euangelium: eo q̄ nihil est inter omnes libros sacre scripture (imo inter omnia scripta vniuersi) tante auctoritatis sicut euangeliuȝ. Et p hoc apparet magna auctoritas ⁊ certitudo determinationum cōciliorum generalium: cum assimiletur auctoritati euangelice: ⁊ vocetur euangeliuȝ. De ℔ aliquid tetigimus in libro nostro qui dicitur defensorium trium conclusionum cōtra emulos. Dicetur autem latius in libro de origine ⁊ distinctione iurisditionum. Preter dicta autem nullus alius liber aut scriptura inuenitur que euangelium appelletur.

¶ Quid sit euangelista: ⁊ cuius dignitatis sit in ecclesia.

Questio. xj.

Queritur cum agatur hic de euangelijs que ab euangelistis condita sunt qd sit euāgelista: ⁊ cuius dignitatis vel status in ecclesia. ¶ Dicendum q̄ euangelista ab euangelio dicitur. Et licet nos consueuerimus solum dicere euangelistam illum qui euangelium aliquod scripsit: accipit tamen euangelista dupliciter: scilicet pro scriptore euangelij ⁊ pro predicatore euangelij. De primo patet quia dicimus esse quattuor euangelistas. i. quattuor qui euangelia conscripserunt. De secundo patet ij. ad thimote. iiij. cum dicit apostolus timotheo. Tu vero vigila: in omnibus laborа. Opus fac euangeliste. ministeriuȝ tuum imple. Et non potest accipi ibi euāgelista pro scriptore. Nam Timotheus non erat scriptor euangeliorum: cum nullum euangelium reperiatur scriptum a Timotheo: nec ecclesia illud habuerit: nec doctores de tali faciant mentionem inter recepta ⁊ reprobata euangelia. cuȝ tamen Hieronymus de multis faciat mentionem: vt dicetur. j. in quadā q̄stione: maxime quia si Timotheus scripsisset aliq̄ euangeliuȝ ecclesia suscepisset illud in magno honore. sicut nūc tenet quattuor: eo q̄ illud approbatum videretur a Paulo cum approbaret personam ⁊ instigaret ad ℔ dicens opus fac euangeliste. Ergo nullum scripsit. Item patet quia dicitur vigila: in omnibus labora: opus fac euangeliste: ministerium tuum imple: sobrius esto. In quo innuit q̄ de officio euangeliste erat laborare ⁊ vigilare circa omnes ⁊ implere officium suum ⁊ sobrietatem custodire. Ad euangelistam tamen qui est euangelij scriptor nihil istorum pertinet: sed solum scribere euangelium: obseruando rerum veritatez ⁊ tenendo illum ordinem in scribendo quem sibi spiritus sanctus dictauerit. Dicendum ergo q̄ apostolus vocauit Timotheuȝ euangelistam: idest predicatorem. Nam erat Timotheus

D Nulla ēma ior auctoritas sup terrā q̄ȝ auctoritas cōcilij gñalis q̄ tñ a papa dependet.

Primū cōcilij gñale.

Quare determinatio ꝑcilij vocet euangm

Qō. xj.

A Rūsio ad ꝑmū q̄situȝ questionis.

Euāgel. dupliciter accipit. s. p eo q̄ scripsit euangeliū: ⁊ pro ꝑdicatore.

L Euāgeliū vocatur etiā determinatio cōcilij generalis.

motheus episcopus: z ad curam pastoralez pertinebat predicare euangelium potissime in ecclesia primitiua: in cuius exordio fuerunt Paulus z Timotheus. Et cum tunc tota cura esset introducere fidē z illud non posset fieri sine predicatione quoniam fides ex auditu est. ad roma. x. z nō auditur nisi quis predicauerit: potissima ergo cura pastorum tunc erat predicare fidem que in euangelio continetur. Et sic Paulus vocauit Timotheum euangelistam. ideſt predicatorem. Et huic sententie consonant que habentur ibi: qa dicitur tu vero vigila. Est autem proprie actus pastoris vigilare super gregem suum: ne diabolus qui semper circuit querens quem deuoret: aliquez rapiat. Quia non erit bona excusatio pastoris: si lupus ouem rapiat z pastor dicat se nō vidisse. Dicitur etiam ibi in oibus labor. ideſt circa omnes subditos tuos informādo eos in fide: z in moribus. Quia ad ħ tenetur episcopus: cuz ipse sit pastor. Jdeo per se tenetur illud facere vel prouidere: vt per alios diligenter fiat. alioquin totum exigetur ab eo: quia speculatorem eum posuit deus domui israel. eze. z. z. 33. Etiā dicitur ministerium tuum imple. ideſt fac omnia que pertinent ad episcopum z pastorez animarū. Dixit etiam sobrius esto: quia ista est vna de conditionibus episcopi. Quia cum apostolus prima ad Thi. 3. poneret omnes conditiones episcopi dixit debere eū esse sobrium z prudentem. Loquebatur ergo apostolus de euangelista qui est predicator: inquātum conuenit pastori.

B Aliqñ accipiť euangeliū pro scriptore z pro predicatore simul.

¶ Aliquādo accipitur euangelista pro vtroq; simul scilicet pro scriptore euangeliorum z pro predicatore illorum sic patet ad ephe. iiij. scilicet. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: alios prophetas: alios vero euangelistas. Et necesse est accipi pro vtroq;: quia apostolus describit ibi partes ecclesie. Utriq; tamen sunt necessarij. Nam si non fuissent qui euangelia scripsissent nemo predicaret: quia nesciremus quid predicandum esset. Et si non esset qui euangeliū predicaret etiam si scriptum esset nihil prodesset: quia esset sicut panis integer quez non possunt paruuli frangere. Et sic fame pereunt: ac si non esset panis: sic dixit Jeremi. Parnuli petierunt panem z non erat qui frangeret eis. Et exponitur a doctoribus de doctrina sacre scripture que est panis: ideſt potest satiare spiritualiter sicut panis corporaliter. Est panis autem iste integer quando nemo scripturam simplicibus annunciat nec exponit: z tunc paruuli. i. simplices petunt panem: ideſt doctrinam sacre scripture: z dicitur q̄ non erat qui frangeret eis. Et non dicitur q̄ non erat panis qui frangi posset: sed q̄ non erat qui illum frangeret: ideſt qui annūciaret z exponeret. Et ita equaliter pereunt paruuli sicut si nullus panis: ideſt si nulla doctrina esset que eis dari possz. Uterq; ergo est necessarius: scilicet scriptor euangelij z annunciator eius: z ambo sunt partes ecclesie: z de ambobus locutus est apostolus.

¶ Quomodo euāgelista sit pars ecclesie: z quid est eccl'ia z qūo christus sit caput ecclesie. Qō. xij.

Qō. xij. A Ecclesia est cōgregatio fideliū: que hz ptes multas sine quibus esse nō potest. Nota ptiuz ecclesie.

Queritur amplius de euāgelista quomodo sit pars ecclesie vl' cuius dignitatis sit. Dicendum q̄ ecclesia que est congregatio fidelium habet partes multas necessarias sine quibus manere non potest. Et inter illas ponuntur euāgeliste. Nominauit apostolus istas partes: z quasdam earum posuit ad ephe. iiij. dicens. Et ipse dedit quosdam apostolos: quosdam autem prophetas. alios vero euangelistas. alios autem pastores z doctores. Alias etiam partes nominat prima corinthi. xij. dicēs. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia. primo apostolos. secūdo prophetas. tertio doctores. deinde virtutes: exinde gratias curationum: opitulationes: gubernationes: genera linguaruz. Omnes iste sunt partes ecclesie. Et sunt iste partes necessarie sibi: ita q̄ sine illis nō manebit: z erūt in ea vsq; ad consumationem seculi: sic patet ad ephe. iiij. scilicet. Et ipse dedit quosdam apostolos z̄c. z sequitur ad consumationem sanctorum in opus misterij in edificationē corporis christi: donec occuramus omnes in vnitatez fidei z agnitionis filij dei in virum perfectū: z in mensuram etatis plenitudinis christi: scilicet omnes partes dicte manebunt in ecclesia donec omnia ista fiant: ista tamen non consumabuntur vsq; ad finem seculi. Patet hoc ex applicatione littere. Nam dicitur ad consumationem sanctoruz: ideſt donec consumetur numerus sanctorum. Uocantur hic sancti illi quos deus preelegit ab eterno conformes fieri imagini filij eius: nam hos iustificauit z sanctificauit: ad romanos. viij. isti autem sancti conuertuntur ad christum p predicationem euangelij quidam de gentibus: z quidam de iudeis, etiam quidam conuertuntur de infidelitate z alij de prauitate morum: z vtraq; conuersio fit per euangelicam predicationem: quia euangelium veritatem fidei continet z in moribus instruit. Jsti tamen inceperunt conuerti ad deum z incorporari sibi a principio seculi: z durabit cōuersio eorum vsq; ad finem seculi. Nam est assertio multorum z satis rationabilis: q̄ deus non permittet seculum manere in isto statu nisi vsq; dum compleatur numerus predestinatorum qui vocantur ħ sancti. Et quādo venerit vltimus eorum finietur seculum z erit dies iudicij. Patet ħ q: cum status huius seculi sit imperfectus: (quia non est ħ beatitudo) ordinatur ad statum futuri seculi vbi est beatitudo tāquam in finem suuz: sicut imperfecta naturaliter ordinantur ad perfecta. Rursus autem in hoc seculo sunt boni z mali. Certum est autem q̄ seculum istud ꝓpter bonos conseruatur: vt ipsi possint manere in eo tanq̄ in via sua: quousq; per hoc perueniant in suam beatitudinē. Nam sic etiā in naturalibus imperfecta non sunt in vniuerso nisi ꝓpter perfecta: sicut dicit Aristote. secūdo physicorum. q̄ nos sumus quodāmodo finis omnium z q̄ omnia sunt propter nos: scilicet ꝓpter homines qui sūt pfectiora entia vniuersi inter pure naturalia. Potissime autem q: cum malum in se non dicat aliquam perfectionem ad rectorem rectissimuz z prudentissimum non pertinet tolerare mala in sua policia: nisi inquantuz mala aliqualiter proficiunt in bonum z conferunt ei quādam pulchritudinem. licet per accidens. Deus autem est potentissimus rector potens extirpare totum malum de orbe si vellet z non vult: ergo cum rectissimus rector sit iudicat id pertinere aliquo modo ad bonum. Si autem malum aliquādo solum maneret sequestratum a bono omnino inutile videretur: quia tunc non faceret directe nec per accidens ad bonum. Jdeo rector rectissimus alicuius vniuersitatis vel politie nunquam malum sic permitteret nisi in pena vbi proprie competit malo esse sine bono. Et sic ad rectissimam dei gubernationem pertinet nunq̄ malos sine bonis relinquere: nisi in inferno vbi est locus solum deputatus ad penam: z ille proprie competit malis sine bonis. Status tamen istius seculi non est ad penam: sed est via merendi alium statum bonum z̄c. Mala que hic cōmittuntur non hic puniuntur. Jdeo quando nulli boni fuerint in hoc seculo: scilicet completo numero predestinatorum non videtur ad quid mali permittātur hic: cū illi nunq̄ corrigendi sint nisi incipiat illico eē hic infernus. Et tamen hic non est locus penalis sed post vitam: iō completo numero electorum cessabit omnis vita in natura.

B Opinio aliquorū q dicunt q̄ deus permittit hūc mūdū vsq; quo cōpleatur nume. p̄ destinatorz. In hoc mundo nō ē beatitudo: sed ħ status ordinať ad eternaz beatitudinem. Priaró hoc secunduz pp bonos seruatur vt ipsi possint cōplere viam suaz 2ª ró.

¶ Item via non est nisi vt per eam gradiamur. Quando ergo nemo est nec esse potest qui per viam ingredi possit: superflua est via. Sed status huius seculi est status vie quo festinatur ad vitam eternam. Cum ergo nemo fuerit qui illuc iturus sit ꝑm dei precogitationem: superfluum videbitur manere statum istum vie. ¶ Item patet hic efficatius ex sententia christi in parabola de zizanijs que superseminata sunt in agro: z ministri videntes ea exorta inter triticuz voluerunt illa extirpare. Sed dixit paterfamilias. Sinite crescere vtraq; vsq; ad messez: ne forte simul erradicetis triticum. Et tempore messis colligentur zizanie in fasticulis z comburentur: segetes autem congregabunt in horreuz matthe. xiij. Jsta parabola est de bonis z malis: sicut xps declarat ibi. Bonuz semen sunt filij reg. i. predestinati. zizania sunt viri nequā. messis est consumatio seculi. Et tamē manifestum est q̄ tempus messis dicitur quando segetes veniunt ad totalem suam perfectionem z maturitatem: ita q̄ iaz non est opus eis manere in agro. ergo messis quam xps vocat consumationem seculi respectu bonorum erit quando peruenient boni ad perfectionem siue complementum: ita q̄ nemo eorum superstit nasciturus: ergo consumatio seculi erit in consumatione sanctorum: scilicet quando erunt mortui omnes electi: z tamē ecclesia z omnes partes eius sicut hic dicit apostolus durant vsq; ad consumationē sanctorum. Ergo durabit ecclesia cum omnibus istis partibus suis vsq; ad consumationem seculi. Jtez dicitur in opus misterij. l.

C Ex quo vita presens est via: superfluū videtur dicere qō stet post completionem electorz 3ª ratio.

D Parabola zizanioz intentū ꝓbat efficacit. Quarta ró.

sterij.s. q̄ iste partes ecclesie sunt ad opus misterij. idest ad
ministrandum ⁊ procurandum istam consumatam conuer
sionem sanctorum in edificatione corporis christi. Hoc dici
tur: quia iste partes ecclesie sunt necessarie ad edificandus
corpus christi. Pro quo sciendum q̄ christus siue corpus
christi accipitur dupliciter. Uno modo pro illo homine xp̄o
qui i se vnctus est: ⁊ corpus eius accipitur tūc pro illa par
te nature humane quam assumpsit de virgine. Et istud vo
camus corpus christi verum. Alio modo dicimus christum
esse vnum hominem non quidem vere vnicum sed vnus ex
pluribus: non per modum vniuersalitatis sed per modum
cuiusdam congregationis in vnū. Et tunc dicimus corpus
christi esse corpus mysticum. i. figuratus. s. figuratiue corpus
appellatur cum non sit vnum corpus naturale. Sed sicut
dicimus vniuersitates esse corpora per fictionem iuris: ita
totam ecclesiam dicimus esse vnum corpus. Ratio autem
huius est ex similitudine istius corporis mystici ad corpus
verum naturale. Nam sicut in corpore naturali licet vnum
sit sunt multe partes diuersorum officiorum. Ad romanos
xij. ⁊ p̄ma ad corin. xij. Et isto diriguntur omnes in vtilita-
tem totius ipsius corporis: ⁊ quilibet etiam procurat vtili-
tatem alterius: ⁊ omnes iste propter continuationem quas
inter se habent dicuntur vnū corpus: ita in corporibus my
sticis vel figuratis fictione iuris que sunt vniuersitates di
citur quelibet sunt multi homines qui sunt partes illius vni
uersitatis: ⁊ habent distincta officia ⁊ actus siue presiden
di: siue exequendi: siue consulendi inquantum. sunt partes
ipsius vniuersitatis: ⁊ diriguntur omnes in vnum finem:
scilicet in bonum publicum: ⁊ quelibet pars vniuersitatis
confert ad illud bonum licet diuersimode conferat p̄s actus
suos: quelibet etiam confert ad vtilitates alterius: q; nulla
pars illarum habet sufficienter in se bonum suum: sed que
libet accipit ex omnibus. Et ista est causa potissima quare
conueniunt in vnum vt sint vnum corpus. scilꝫ quia nulla
pars illius vniuersitatis continet in se perfecte bonum sed
omnes simul continent perfecte vnum bonus: qō est bonū
publicum: ⁊ etiam est bonum singulorum inquantum que
libet pars potest accipere ex omnibus alijs quicqd sibi de
est ad complementum suum. Istam causam tangit Aristo.
ij. politicorum. dicens. Adiacet cuiqs particula boni alte-
rius. i. quilibet homo habet in se vnam particulas illius bo
ni quo alius eget. Ideo necesse fuit cōuenire multos ad fa
ciendum politiam: vt sic quilibet possit habere ab omnibus
alijs qō sibi deest. Et ob h̄ cum vniuersitates istas habitudi
nem ⁊ ordinem teneant qui ordo est in corporibus natura
libus que sunt vere corpora: vocabuntur iustissime vniuer
sitates corpora. Sic autem ecclesia tota dicitur vnum cor
pus vt magis declarabitur sequenti questione: ⁊ istud cor
pus vocatur corpus christi: quia christus inquātum homo
est caput istius corporis. Ipse enim inquantum homo per
passionem suam meruit vt esset caput omnium hominum:
⁊ essent sibi omnes subditi. Et h̄ est q̄ ipse dixit post resur-
rectionem suā ap̄lis. mar. xvj. Data est mihi omnis potestas
in celo ⁊ in terra: ⁊ tamen non potuit sibi dari nisi inquan
tum homo. Et istam potestatem non habuit ante passionem
suam inquantum homo: eo q̄ nondum acquisierat eam: q;
non poterat acquirere eam nisi per sanguinem. Quia sicut
ille qui emit aliquem in seruum per illam emptionem acci-
pit potestatem in eum: ita cum christus homo per suam mor
tem nos redemerit ⁊ non alio modo: non potuit aliter acci-
pere potestatem super nos. Et sic ipse non solum inquantū
deus: sed inquantus homo iuste ⁊ quasi nāliter effectus est
dominus noster: ita vt nos omnes simus serui illius bene-
dicti hominis christi. Hoc signat apostolus actuum. xx. scilꝫ
Attendite vobis ⁊ vniuerso gregi in quo nos spiritus san-
ctus posuit episcopos regere ecclesiam dei: quas acquisiuit
sanguine suo. Et sic per sanguinem acquisiuit potestatem:
q̄ nos simus serui eius liberati de seruitute tenebrarum.
Uocatur aūt totum istud corpus a parte principali que est
caput. s. christus: ⁊ sic dicimus ecclesiam esse corpus christi
mysticum. Licet autem christus per passionem acceperit po
testatem super omnes homines presentes tunc ⁊ futuros:
quia omnes sufficienter redemit sanguine suo: non tamen
omnes sunt de corpore eius: sed oportet eos edificari in cor
pus ipsius: vt sint de corpore: sic dixit apostolus in edifica-
tione corporis christi. Si tamē eo ipso q̄ christus redemis-
set homines essent de corpore eius non oporteret edificari
illos per aliquod ministerium nostrum. Edificātur ergo du
pliciter homines in christo: scilicet per fidem ⁊ charitatem.
Per charitatem quidem inquantum per eam homo vnitur
deo. ij. corinthi. vj. Qui adhęret deo vnus spiritus est cum
eo. Non accipimus tamen hic de tali edificatiōe: quia ista
est multum stricte dicta. Nam loquimur de edificatione per
quam construitur corpus christi qō est ecclesia. p̄ma corin-
thi. xij. non est tamen homo pars ecclesie per charitatē: cui
multi sunt in ea sine charitate: sed est edificatio per fidem.
Nam nemo est in ecclesia que est corpus christi: nisi credat
christum. ⁊ sic suscipiat omnia que credenda sunt. Et h̄ pa-
tet: quia cum per baptismum homo efficiatur christianus:
quia illud est ianua sacramentorum. in illo non petitur nisi
fides: ideo minister ecclesie nomine totius ecclesie dicit ba-
ptizando. Qō petis ab ecclesia. Et ille dicit fidem. ⁊ non di
cit charitatem: licet etiam charitas non sit nisi intra eccle-
siam: cum sit donum infusum vniens nos deo. Fides ergo
est per quam homo incorporatur christo: idest efficitur de
corpe eius mystico: quod est ecclesia. Et quādiu manet ali-
quis in fide: manet intra ecclesiam: ⁊ est de corpore christi:
etiam si peccatis homo sit. Ꝺa tamen in edificationibus nō
solum intelliguntur illa que sunt omnino de necessitate edi
ficij sine quibus illud stare nō potest: sed etiā illa que dicūt
bonam habitudinem eius: ⁊ ad conseruationem pertinent
⁊ faciunt magnam pulchritudinem. erit sic in edificatiōe cor
poris christi. Ꝺa licet de necessitate illius sit fides: ita q̄ si-
ne illa non potest effici aliqua pars corporis christi: qui p̄us
non erat ⁊ postqȝ fuerit desinet esse pars si fidem perdide-
rit: charitas tamen pertinet ad quoddam complementum
istius edificij: ⁊ conseruationem eius: ⁊ pulchritudinem ma
gnam: ita q̄ non solum homo sit pars corporis christi: sed
etiam sit valde acceptus ei ⁊ efficiatur vnus spiritus cū eo.
Ideo ista edificatio corporis christi requirit etiam charita-
tem. Et sicut apostolus ad ephe. iij. cum prius posuisset edi
ficationē corporis christi per fidē ⁊ p̄sistentiā eius: subdidit
etiaꝫ q̄ edificabamur in eo p charitatē dicens. Ueritatē aūt
facientes in charitate crescamus in illo q̄ est caput nr̄m xp̄s:
ex quo totum corpus cōpactū ⁊ cōnexum per omnem iun
cturā subministrationis ſm operationē in mensuram vnius-
cuiusqȝ membri augmētū corporis facit in edificationē sui
in charitate. Et sic dixit nos edificari in xp̄o per charitatem.
Et istud est ſm edificium huius corporis xp̄i qō est ecclesia.
Partes sunt ille que. ō. noiate sunt: inter quas ponunt euā
geliste. Ergo durabūt oēs iste ptes q̄usqȝ edificet totus cor-
pus xp̄i. i. eccl̄ia. Sꝫ istud corpus nūqȝ erit p̄sumatus q̄usqȝ
incorporet oēs q̄s deus p̄legit ⁊ istō nō fiet cōplete vsqȝ ad
finē secl̄i. vt. ō. dicatū ē: ḡ vsqȝ ad finē secl̄i durabūt iste ptes
eccl̄ie. Addit ap̄l's in eadem auctoritate dicendo p̄cedētia
s. Donec occuramus omnes in vnitatē fidei ⁊ agnitionis fi
lij dei. i. durabunt partes eccl̄ie quousqȝ omnes occuramus
in vnitatem fidei. i. omnes illi quos deus p̄uidit occursu-
ros in vnitatem fidei. Quia forte nūqȝ erit aliqō tps in quo
oēs homines simul viuētes sint in vnitate fidei: ⁊ tamen
non possunt occurrere oēs in vnitatem fidei quousqȝ nasca
tur vltimus electus qui postremo nasciturus est: q; etiam
ille per ministros ecclesie debeat reduci ad vnitatem fidei.
Ergo vsqȝ ad illud tempus durabit ecclesia cum partibus
suis. Dicitur ⁊ agnitionis filij dei. Et istud idem est qō vni
tas fidei: q; per fidem cognoscitur xp̄s esse filius dei ⁊ oia
alia que necessario circa ipsum tenenda sunt. Dicitur etiam
ibi in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis xp̄i
i. non solum debemus occurrere in vnitatem fidei: sed debe
mus esse sicut vir perfectus ⁊ plene etatis. Ad h̄ autem q̄
aliquis sit vir perfectus nāliter tria requiruntur. s. q̄ homo
sit: qō est per naturalitatē: ⁊ q̄ habeat corpus sufficientis ma
gnitudinis: ita q̄ non debeat peruenire aliqñ ad maiorem:
⁊ q̄ sit in etate matura in qua vires hominis maxime sūt.
Ista omnia pertinent ad corpus christi mysticum inquan-
tum per ista significatur totalis perfectio: quā ecclesia habe
re potest vel habitura sit: ⁊ vsqȝ ad illam durabit ecclesia cū
partibus suis. Et sic isti non solum durabunt quousqȝ oēs
electi p̄uertantur ad fidē xp̄i qō est nasci in corpe eius: sed
etiam vsqȝ quo isti fideles sint p̄fecti in charitate: ⁊ in alijs
virtutibus.

D Corpus xp̄i accipit̄ p̄ p corpore hūano assūpto.

Corpus xp̄i accipit̄ per modum cuiusdā congregatiōis in vnum. i. mystice ⁊ figuratiue.

Tota ecclesia ē vnū corpus.

Quilibet hō h̄z aliqȝ pticulaz boni q̄ alius indiget. iō multi in vnuz ꝓueniūt vt quod vni ōest per aliū supplea tur.

Xp̄s p passiōez suaz meruit esse caput ecclesie.

Edificātur hoies dupliciter in xp̄o. s. p fidē ⁊ p charitatem.

E

virtutibus q̃s deus p̃uidit illos hituros. ⁊ sic erũt tũc viri pfecti coꝛpe ⁊ etate. Et tunc poterit cessare eccl'ia ⁊ oẽs ministrationes eius. Jsta tñ omnia dicta sunt pp euãgelistas de qbus diximus q̃ erant partes eccl'ie siue accipiẽdo euãgelistam pro scriptoꝛe euangelij siue pro predicatoꝛe eius: et'opꝫ manere istas partes semp. Quãdo tñ dicimuꝫ q̃ euãgeliste manebunt vsq; ad finez seculi sicut cetere partes ecclesie: nõ intelligitur de euãgelistis. s. scriptoꝛibus euãgeliorum: sed de euangelistis qui sunt predicatoꝛes euangelij: qꝛ iam nõ sunt alig scriptoꝛes euãgelioꝛum: nec ecclesia istud permitteret; cũ ipsa potius reiecerit multa alia euangelia q̃ erant vltra ista quattuoꝛ: vt. j. dicetur in quadaz questione: imo maledictus esset ille qui conaret scribere euangelium vltra id qõ iam scriptũ est: qꝛ non lz quicq̃ addere sup illud qõ iam scriptuz est: nec de illo quicq̃ diminuere: sicut dixit btus Joãnes apocalypsis. xxij. s. Cõtestoꝛ ego omni audiẽti verba ꝓphetie libꝛi huius: q̃ si quis apposuerit ad h̃: apponet deus sup illum plagas scriptas in libꝛo isto. Et si qs diminuerit de v̋bis libꝛi ꝓphetie huius: auferet ðus ptẽ eius de libꝛo vite ⁊ de ciuitate sancta. ¶ Si ergo non licet addere apocalypsi: a foꝛtioꝛi nõ licebit addere euãgelijs nec diminuere: qꝛ magis sunt illa de necessitate salutis q̃s apocalypsi. cum in apocalypsi nihil ponatur nisi reuelatio quoꝛũdã accidentiũ futuroꝛum in eccl'ia sine quibus ẽt est perfecta salus: que nõ esset sublatis libꝛis euangelioꝝ. Nulli ergo euãgeliste erunt amplius ptes ecclesie post q̃s illi quattuoꝛ fuerunt. Põt tñ adhuc dici: q̃ euãgeliste. i. scriptoꝛes euãgeliorum sunt partes ecclesie vsq; ad finẽ seculi: quia licet illi nõ maneant in persona manent tamen euangelia eoꝛum loco ipsoꝛum: ⁊ ista manebunt in ecclesia vsq; ad finem seculi: qꝛ sunt de necessitate eius cum inde sit fides. Et sic censentur manere semper illi euangeliste personaliter tãq̃ perhibẽtes testimonium de eo quod scripserunt. ¶ Ad scõm cuz quereꝫ hatur de dignitate euangelistarum in ecclesia: dicendum q̃ sicut in vniuersitatibus sunt partes diuersoꝛum officioꝛum ⁊ dignitatũ imo sicut in coꝛpoꝛe naturali humano sunt mẽbꝛa diuersarum dignitatum ⁊ actuuz: ⁊ quedam sunt nobiliꝛa alijs: sicut caput est nobilius ceteris mẽbꝛis: ita in ecclesia non sunt membꝛa omnia eiusdem dignitatis: qꝛ tunc nõ possent efficere vnũ coꝛpus: ⁊ sic deberet dici q̃ sicut in coꝛpoꝛe humano caput est nobilius ceteris membꝛis: ita in ecclesia esset ipsum caput nobilius. Xp̃s autẽ est caput ecclesie ad ephe. iij. s. crescamus in illum qui est caput nostrũ xp̃s. ¶ Dicendum tamen q̃ xp̃s lz sit caput nostrũ non cõparaꝫ ad cetera mẽbꝛa coꝛporis cum excedat illa q̃si in imẽsum etiã inquãtum homo: imo in imensum. Secus autẽ est de coꝛpoꝛe nãli. Quia lz illud sit excellẽtius qualibet parte coꝛporis per se: est tñ pars ipsius coꝛporis ⁊ non est melius toto coꝛpoꝛe: nec etiam est coꝛpus pp caput sed caput vt sit coꝛpus. De xp̃o aũt est al'r: qꝛ non solũ ipse est caput eccl'ie sed etiã est dñs: qꝛ redemit eccl'iam ⁊ acquisiuit eaz sanguine suo: ideo non soluz xp̃s homo est melioꝛ quocũq; alio hoie sed etiã est melioꝛ q̃s omnes hoies simul sumpti: ⁊ melioꝛ q̃s tota ecclesia. ideo ipse non est pp ecclesiam sicut caput nãle ꝓpter coꝛpus: sed magis tota eccl'ia est ꝓpter xp̃m hominẽ i. est ad ipsum inquãtum ipse est dñs eius. Jdeo xp̃s homo non cõputatur tãq̃ pars ecclesie vel sicut vnus de ecclesia sed. ẽ. eccl'iam. Sic facit Aristo. xj. ⁊. xij. metaphi. dicens rectoꝛes vniuersi non esse partẽ vniuersi: nec aliqd de vniuerso: nec ipm esse pp vniuersum: sed totũ vniuersum oꝛdinari in ipm sicut exercitus oꝛdinatur in ducem. Et sic xp̃s nõ vocatur caput eccl'ie tãq̃ pars eius sed caput. i. ꝓnceps: qꝛ sic caput est sup oia: ita xp̃s est sup totã ecclesiam. Et sicut omnia mẽbꝛa recipiunt a capite naturali sensuz ⁊ motum: ita tota eccl'ia recipit a xp̃o influxũ oium charismatuz ⁊ donoꝛum spũalium vt possit manere. Et ob h̃ xp̃s etiam inquantum homo nõ cõparatur ad aliqua membꝛa ecclesie in dignitate vel honoꝛe: sed ipsa mẽbꝛa inter se cõparãtur. Jdeo quãdo apostolus posuit partes ecclesie distinguens dignitatem ipsarum ꝑm ꝓpus ⁊ posteriꝰ: non nominauit ibi xp̃z sed solũ ministros eius: ⁊ inter istos est oꝛdo. Naz in ꝓmo gradu ponuntur apl'i. Jn scõo ꝓphete. Jn tertio euangeliste. Jn quarto pastoꝛes ⁊ doctoꝛes: ita q̃ faciant pastoꝛes ⁊ doctoꝛes vnum gradum. Uel fz aliam assignationẽ ponuntur doctoꝛes in quinto gradu ⁊ faciunt distinctuz gradum a pastoꝛibus. Nunc autem non est nobis declarandum de omnibus istis gradibus qui sunt partes ecclesie: ⁊ de alijs partibus. s. virtutibus: ⁊ gratijs curationum: ⁊ opitulationibus: ⁊ gubernationibus: ⁊ generibus linguarum: que omnia ponit apostolus esse ptes ecclesie. ꝑ. coꝛin. xij. ⁊. xiij. Nam dicere de hijs esset longissimum: potissime quia pro ꝑ est ꝓprius locus. ij. coꝛin. xj. ⁊ ad ephe. iij. ⁊ aliqualr ad roma. xj. Solum tamen diximus h̃ propter euangelistas: vt sciatur q̃ sunt in tertio gradu honoris. nam primi ⁊ honoratissimi in ecclesia sunt apostoli: qui immediate a christo acceperunt potestatem in plenitudine. Nam xp̃s dixit eis Joã. xx. Sicut misit me pater: ita ego mitto vos. i. Jn eadem plenitudine potestatis in qua pater me misit quantuz ad edificationez ecclesie in illa mitto vos. Item xp̃s habuit ꝓter apl'os alios multos. s. septuagintaduos discipulos: ⁊ misit illos ante faciem suam. Luc. j. Et tamen isti nõ fuerunt a xp̃o assumpti in eadem dignitate in qua apostoli. Jõ de electione apostoloꝛum fit per se mentio: ⁊ non ponuntur cuz eis discipuli. Unde de eis dixit xp̃s. Ego elegi vos duo decim: de discipulis autem non dixit: ad significandaz specialitatem. ¶ Jtem xp̃s quando elegit apostolos imposuit eis nomina mutando nomina quoꝛundaz: vt patz matthe. x. ⁊ mar. iij. ⁊ Luc. vj. de discipulis autem nihil tale exꝓimitur: imo nec ponunt nomina aliquoꝛum ipsoꝛũ. Multe autem alie excellentie apostoloꝛum colliguntur sup omnes alios de ecclesia ex tex. euangelico. de quibus magis dicit j. coꝛin. xj. ⁊ ad ephe. iij. ⁊ foꝛte tangetur aliqꝺ matthe. x. aut Luc. vj. vel. x. ¶ Jn secundo gradu ponuntur ꝓphete. s. post apostolos: quia istis deus loquitur: ⁊ per hos reuelantur nobis ea que deus vult reuelare: ⁊ ex ista adhesione ad deum ⁊ cõmunicatione sermonis diuini soꝛtiuntur magnam dignitatem. Nam ⁊ Moyses ex consoꝛtio diuini sermonis habuit coꝛnutam faciem. i. radios emittẽtẽ: ita q̃ populus non posset intendere in euz nisi ꝓius faciẽ suam vellaret. ideo vellabat eam quando locuturus erat populo. exo. xxxiij. ⁊. ij. coꝛin. iij. ⁊ ideo ponunt isti imediate post apostoloꝰ. ¶ Jn tertio gdu ponunt euãgeliste qbuꝰ ptãs scribendi euãgeliũ tradita est. Est. n. ista magna ptãs cũ nulla scriptura in toto oꝛbe tãte auctoꝛitatis sit sic euãgelia. Unde multi alij conati sunt scribere euangelia: fz eccl'ia eis istam auctoꝛitatez ⁊ honoꝛem non detulit: sed repulit eoꝝ scripta ⁊ ꝺẽnauit: vt. j. dicetur in quadã. q. De euãgelistis autem qui sunt anũciatoꝛes euãgelij an ponant in eodem gradu in quo isti euangeliste. vel intelligant per doctoꝛes qui ponunt i qnto gradu: ad ephe. iij. siue ꝑ doctoꝛes q ponunt in tertio gradu. j. ad coꝛin. xij. ꝺcl'abit in ipsis locis: qꝛ nũc nob nõ ẽ itẽtio nisi de euãgelistis q euãgelia scripserũt. ¶ Quid sit ecclesia: ⁊ an eccl'ia tota possit manere in vno.

Questio. xiij.

Queritur occasione precedentiũ que dicta sunt de euangelistis q̃ sint partes ecclesie circa errorem quoꝝũdam incidentaliꝝ qui dicunt totaz ecclesiam posse manere in vno: ⁊ q̃ aliqñ manet vel potest manere tota eccl'ia in vna vetula: Et dicendũ q̃ istꝺ est falsum ⁊ impoſe. ¶ Pro quo sciendum breuissime qd sit ecclesia. Et ad h̃ presupponẽduz est q̃ ecclesia accipitur dupliciter. Aliquãdo pro ecclesia particulari: ⁊ aliqñ pro vl'i. ¶ Prio modo vocat ecclesia ꝯgregatio fideliũ vnius loci vel vnius diocesis. ⁊ sic dicimuꝰ. eccl'ia salamãtina facit h̃ vel tenet h̃. Et isto modo loqtur sepe apl'os. vt pz. 2ª ad coꝛ. j. s. Paulus apl's ecclesie dei que est coꝛinthi.: ⁊ ẽt. j. coꝛ. ꝑ dicit Paul. apostolus eccl'ie dei q̃ est coꝛinthi. Simile pz. ꝑ. ad thessa. ꝑ ⁊ 2° ad thi. ꝑ. ⁊ in pl'imis locis ⁊ accipit ibi eccl'ia pro particulari. s. eccl'ia coꝛinthi pro cõgregatione oium fideliuz manentium in vrbe coꝛin. ⁊ sic distinguit eccl'ia coꝛin. ab ecclesia thessaloni. ⁊ phili. ⁊ ceteris. ¶ Secũdo modo accipiebatur pro eccl'ia vl'i. ⁊ sic accipit sepe apl's sic pz ad ephe. 5. s. Uiri diligite vxoꝛes vestras sicut Xp̃s dilexit eccl'iam: ⁊ seipsum tradidit pro ea vt illaz sanctificaret: mundaꝰ eaz lauacro aque in v̋bo vite: vt exhiberet ipse sibi gl'iosam eccl'esiaz non hñtem maculã aut rugam. Manifestũ est tñ q̃ non potest ibi accipi pro aliqua ꝑticulari ecclesia. sed pro tota congregatione fideliuz: qꝛ al's si esset aliqua particularis eccl'ia quã xp̃s sanctificasset per passionez suam alie nõ pertineret ad euz. cum eas non redemisset. ¶ Jtem codẽ. c. dicitur vir

caput

Predicatores manebunt vsq; i finẽ seculi.

f Rñsio ad 2m questiũ

Mẽbꝛa eccl'esie nõ st eiusdẽ dig.

g Meliõ est xp̃s oibus hoib° sil' sũ ptis.

Xp̃s est caput eccl'ie i. ꝓnceps.

Jn ꝑ gdu ptiuz eccl'ie ponunt apl'i in. 2° ꝓphete. in 3° euãg. in 4° pasto. ⁊ docto. ⁊c.

h Jn scõo gdu ponuntur ꝓphete inter ptes ecclesie.

j Jn 3° g. ponunt euãg. q euãgeli. scripserũt

Qõ xiij

Ad ꝑm q̃situm. A Eccl'ia duplex s. vl'is ⁊ ptic'ar

ꝑ modo

2° modo

Eccl'ia vl'is est

caput esse mulieris sicut xps caput est eccl'ie: z non potest accipi pro aliq̃ particulari: q; tunc illi qui essent in alijs ecclesijs non pertinerent ad xpm: nec essent mẽbra eius. Sic etiã accipit. j. ad thimo. 3. s. Scias qõ oporteat te in domo dei conuersari que est eccl'ia dei viui: colũna z firmamentũ veritatis. Qõ nõ põt accipi de aliqua eccl'ia particulari: q; nulla particularis eccl'ia est colũna z firmamẽtuz veritatis: eo q; qlibet particularis eccl'ia põt errare in fide z in moribus. Sed ħ cõuenit soli ecclesie v'li que nũq̃ errat q; nũq̃ tota errat. ¶ Jsta ecclesia v'lis accipitur dupl'r: aliqñ vere: aliqñ per repntationem. ¶ Primo mõ dicit eccl'ia vniuersitas fidelium ꝓuenientiuz in vnitate fidei z sacrorum: ptes autẽ huius sunt oẽs fideles dispersi per totũ orbẽ vbicũq̃ sint. ¶ Scõo modo dr ecclesia v'lis per repzesentationem. Et ista est ꝓcilium gñale legitime congregatũ: q; nulla alia congregatio est que legitime z sufficienter repñtet totã vniuersitatem fideliũ nisi gñale concilium. z illud est etiã qõ errare non põt in fide: nec etiã errat in moribus. Jsto mõ accipitur eccl'ia actuz. 15. cum dr placuit apl'is z senioribus z vniuerse eccl'ie siue cũ omni eccl'ia. Et vocat ibi eccl'ia cõcilium gñale: q; ibi agit de ꝓcilio gñali habito ꝑ apl'os super legibus. z non põt accipi pro eccl'ia particulari: nec ẽt pro tota vniuersitate fideliũ cũ nõ essent oẽs ibi: sed potius dr q; eccl'ia misit ibi nũcios ad alios xpianos qui erant antiochie: denũciando illis determinationẽ ꝓcilij gñalis. Sic etiã accipit mat. 18. s. q; si nec illos audierit dic eccl'ie. i. cõcilio generali: q; non põt alio mõ ibi accipi: q; ibi loquebatur xps btõ Petro quẽ instituerat sumũ pontificẽ. Et cuz peccator non audierit eũ: remisit illũ ad eccl'iaz vt denũciaret illi. Papa tñ non est subiectus alicui eccl'ie particulari ad ꝛ̃ q; teneatur corã illa cõparere: sed potius oẽs ꝑticulares eccl'ie sunt sibi subiecte. Jdeo opz intelligi de eccl'ia vniuersali cuius filius est Papa sicut qlibet fidelis et ab ea recipit sacra z in fide illius manet. Non põt tñ intelligi de eccl'ia vniuersali ꝓut est vniuersitas oium fideliũ: q; non est pol'e coram illa aliqꝺ crimen denunciari cũ nõ sit pol'e omnes xpianos quotquot sunt in toto orbe viros z feminas paruulos z senes cõgregari in locũ vnum: vt eis aliqd denuncier. Jdeo necesse est intelligi de aliqua eccl'ia v'li que possit esse cõgregata: z corã qua possit crimen denunciari: z illa possit iudicare. Jsta aũt est concilij gñale. ideo necesse est pro illo accipi eccl'iam hic de quo magis dec'auimus in deffensorio triũ qõnum contra emulos. z dicẽ amplius in libro de origine z distinctione iurisditionum. ¶ Dijs presuppositis considerandum q; eccl'ia est nomen grecum z significat congregationem: z quelibet cõgregatio põt vocari eccl'ia. sic accipit Ari. 2° politico. c. de politia calcedonioꝝ. dicens q; calcedonẽ non faciunt eccl'iam. i. non faciunt cõgregationez ad determinationem negociorum publicoꝝ. Ex ħ inductũ est q; congregatio fideliũ vocarẽ ecclesia. Et siue accipiatur pro particulari siue v'li vera vel repñtante semper est m'titudo z nunq̃ significat vnũ. ideo de rõne ecclesie est esse multitudinẽ. Jsta vocat aliqñ domus dei. vt p3 ad thi. 3. s. Scias qõ te oporteat in domo dei ꝓuersari: que est eccl'ia dei viui. Et ista eccl'ia vel domus dei sunt ipsius hoies. ad hebr. 3. s. Xps vero tãq̃ filius in domo sua: que domus sumus nos. Et sic etiam significat multitudo. ¶ Jtem qõ est efficacius eccclesia dicit multitudinẽ ꝓsistẽtẽ ex partibus diuersaꝝ rationum sine qbus non est eccl'ia. Et sic necesse est semp esse multos in eccl'ia. Patet ħ q; apl's vocat eccl'iam corpus ad ro. 12. dicẽs. Sicut enĩ in vno corpe multa mẽbra habemus. omnia aũt membra non eundẽ actum hñt: ita multi vnum corpus sumus in xpo. Et sic apl's dicit eccl'iaz esse m'tos in corporatos xpo. Dicit etiã q; ista eccl'ia est corpus. Et ꝓmo p3 q; eccl'ie repugnat vnitas cũ multi sumus in xpo. ex scõo apparet manifestius: cum dicat q; sicut in vno corpore. s. naturali sunt multa mẽbra non hñtia eundẽ actũ: ita est in ecclesia xpi vel in corpe xpi qui nos sumus. Si ergo corpus est: non est vnicũ mẽbrũ sed multa. vt p3. j. ad cor. in. 12. ergo de necessitate corpis xpi est multa mẽbra hẽre. z sic nõ poterit manẽ corp° xpi mysticũ siue eccl'ia in vno hoie. ¶ Jtẽ p3 magis clare q; dicit apl's q; illa mẽbra nõ eundẽ actũ habent. Et sic necesse est in corpe xpi esse mẽbra diuersarũ rationũ: z istud impol'e est saluari in vnico: q; nõ põt vnicus hõ esse presidens z subditus. ¶ Jtem p3 ex exẽplis que ponit ibi apl's: in qbus sunt actus diuersaꝝ rõnum. Naz cum dixit ita multi vnũ corpus sumus in xpo. subdit. singuli aũt alter alterius mẽbra. hñtes donationes ſm gram que data est nobis differẽtes. z sic vult q; in eccl'ia sunt diuerse donationes xpi z gratie ſz quas ꝓstituant diuerse ptes ecclesie pro administratione illaꝝ gratiaruz. Et decl'at istas gratias. s. Siue ꝓphetiam ſm rationẽ fidei: siue ministeriuz in ministrãdo: siue q; docet i doctrina: qui exhortat in exhortãdo. Omnes istas administratiões gratiarũ apostolus dicit debere esse in eccl'ia. Non possunt tñ cõsistere in vno: ideo non potest ecclesia manere in vnico. ¶ Jtem p3 hoc. j. corin. xij. vbi latius ponitur qũo omnes sumus vnuz corpus z quomodo sunt in eo diuisiones gratiaruz: et ministrationum. scilicet. Sermo scientie: sermo sapientie: fides: gratia sanitatum: operatio virtutuz: ꝓphetia: discretio spirituum: genera linguarum: interpretatio sermonum. Omnia ista in ecclesia sunt que in eodem esse nõ possunt. ¶ Jtem in eodẽ cap'o ponit magis aperte partes ecclesie que sunt membra ipsius dicens. Vos autem estis corpus xpi z membra de membro: z quosdam quidem posuit deus in ecclesia. ꝓmuz apostolos: scõo prophetas: tertio doctores: deinde virtutes: deinde gratias curationuz: opitulationes: gubernationes: genera linguarum. Omnia autem ista sunt diuersarum rationum. Sed quando aliqꝺ corpus vel totum constituitur ex partibus diuersarum rationũ impossibile est manere substantiam illius in vnica parte vel in paucis. Et patet hoc in vniuersitatibus que constant in partibus diuersaruz rationuz. s. in hoibus diuersaꝝ administrationũ. Nã ablatis illis diuersitatibus non manet vniuersitas: ẽt si maneant m'ta membra. Utpote si aliqua politia vel ciuitas constet ex rectoribus z iudicibus z executoribus iustitie: z ciuibus z hominibus plebeis: z ablatis omnibus officijs maneat soli plebei vel soli ciues: etiaz si multi sint non est vniuersitas politica. imo non est vnicus populus: q; deficit ibi formale ad ꝛ̃ q; sit vnitas politica: q; de necessitate politica requiritur aliqꝺ gẽus ꝓncipatus z vnitas siue cõmunitas legũ: z distributiuũ iustitie. i. iudex. vt ait Ari. iij. poli. c. i. Jsta aũt nõ manẽt manẽtibus solis plebeis in vbe: iõ sic manẽtibꝰ nõ est vniuersitas nec ciuitas nec vnus ppl's nec aliqd vnum a fortiori aũt si maneret vnicus hõ. Cuz ergo eccl'ia sit vniuersitas siue corpus ꝓstans ex ptibus diuersaꝝ rõnũ impossibile est illã manere in vnico hoie. ¶ Jtẽ p3 hoc q; sic̃ apostolus dixit esse multas partes z diuersaꝝ rõnuz in eccl'ia: ita etiã dixit illas mãsuras in ea vsq; ad finẽ secli. vt patz ad ephe. 4. s. Et ipe ꝺdit quosdã apl'os: quosdã aũt prophetas: alios vo euangelistas: alios aũt pastores z doctores ad cõsumationẽ sanctoꝝ in edificationẽ corpis xpi: donec occuramus oẽs in virũ perfectũ. Et sic iste partes erũt in eccl'ia donec ista fiant: z tñ ista non pñt cõpleri vsq; ad finẽ seculi vt probatũ est in ꝑcedenti qõne. ergo manebũt iste ptes in eccl'ia vsq; ad ꝓsumationẽ seculi. Et sic impossibile est manere eccl'iaz aliqñ in vno: q; iaz non hẽret istas ptes: z ꝓsequẽter fides non põt manere in vno aliqñ: sed neẽe est semper multos eẽ qui fidez teneãt. Naz vt ꝓbatũ est ꝑcedẽti qõne non põt aliqs effici pars corpis xpi mystici nisi per fidẽ: z tñ eccl'ia vsq; ad finẽ seculi hẽbit semp m'tas ptes. ergo necesse est q; semp multi teneant fidẽ: q; omnes illi q; fuerint partes eccl'ie erunt fideles.

¶ An in triduo mortis xpi fides in sola virgine maria remanserit. Questio. xiiij.

Querit occasione ꝑcedentiũ circa quãdaz propositionẽ que a multis cõiter asserit z est erronea. s. q; in triduo mortis xpi tota fides manserit in virgine an possit stare. ¶ Dicendũ q; nõ mãsit tota fides in ea: q; multi alij erãt tunc fideles. ¶ Primo p3 q; eccl'ia beatoruz que est corpus xpi per fidẽ copulata eadẽ fuit a principio seculi que nunc est: z ꝓtinuabit vsq; ad finẽ: sic̃ dicimus q; fuit eadẽ fides antiquoꝝ z nr̃a: ergo erãt tunc m'te partes eccl'ie qñ xps mortuus est: q; eccl'ia non põt ꝓsistere in vno. vt p3 ꝑcedẽti qõne. Quelibet tñ pars eccl'ie est fidelis cũ per fidẽ efficiamur mẽbra eccl'ie. ergo in illo triduo fuerũt m'ti fideles. z sic nõ fuit tota fides in vgie. ¶ Scõo p3 q; in sinu abrahe erant in triduo mõtis xpi m'ti viri fideles s. Joãnes baptista z oẽs ꝓphete z ꝓtriarche. Jsti aũt duũ viuẽbãt erãt fideles: q; alꝰ nõ poterãt eẽ iusti cũ dicat iustus q; ex fide

B Eccl'ia v'lis dupliciter dicitur.

Primo

Scõo

C Ad 2m qsitum. qõnis.

Eccl'ia ẽ nomen grecũ z significat congregationem.

ꝑma rõ.

Per eccl'iam accipit multitudo m'ti plici rõe

Scõa ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta rõ.

Septia rõ

Octaua rõ

D Probatur ipol'itaꝝ q; fides i vno solo remaneat ex duratiõe partiũ eccl'ie.

Eccl'ia vsq; in finẽ semper hẽbit m'tas partes ipsã cõstituentes.

Qõ. xiiij.

In triduo passionis xpi fides nõ remansit i sola vgine maria sed etiã in m'tis alijs.

Prima rõ

Scõa rõ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Queritur autẽ de alijs libris noui testi an possit eccl'ia circa illos dispẽsare. ¶ Quidam dñt q̃ non pp rationes dictas. s. q: ẽt si ecclesia haberet eqlẽ ptatẽ cum apl'is qui illa scripserunt nõ pót aliqd mutare in dictis eoꝝ vel dispensare: q: non accipit ptatẽ in destructionẽ: ꝫ in ꝓstructionẽ. ij. chor. iz. Mutare tñ legẽ apostoloꝝ: aut dispensare in ea esset destruere: que illi cõstruxerũt. Jdeo nõ p̃t. ¶ Jtẽ q: p̃cepta apl'oꝝ sunt p̃cepta xp̃i: q: ipsi non p̃dicauerunt nisi qõ a xp̃o audierũt. Nã nouitates nõ pertinentes ad legẽ xp̃i nõ introducerẽt. Et sic dispensare in dictis eoꝝ esset dispẽsare in dictis xp̃i: qõ eccl'ia non pót: vt probatũ est p̃cedẽti qõne. ¶ Jtẽ nõ videnr asserere iura sic enim exp̃sse. dicit Grego. ex̃ de resti. spol. c. lras dicens q̃ papa non pót dispensare cõ euangelia nec cõ apl'm. Et si non potest cõ vnũ nec poterit contra ceteros: q: omnes hñt equalem ptatem cũ xp̃o oib⁹ dixit sicut misit me pater ita ego mitto vos. i. in eadẽ ptate qua me misit mitto vos omnes Joã. 20. Etiam qñ ibi dr oibus equalr accipite spũm sanctũ: ⁊ q̃rum remiseritis peccata remissa erunt. Et sic cõ nulluz apl'm poterit papa dispensare. ¶ Jtẽ oia que faciebant apl'i fiebãt per spũm sanctũ: ⁊ non poterant errare nec peccare. Jõ dispensare contra dicta eoꝝ est dispensare contra spũm sanctũ qui loquebatur in eis sicut xp̃s dixit eis. Non estis vos qui loquimini: sed spũs patris vestri qui loquitur in vobis mat. 10. ⁊ Luc. 21. ⁊ apl's dixit. ij. chor. 13. An experimentũ q̃ritis eius qui logr in me xp̃s. Sed cõ spũm sanctũ non põt papa dispensare: ergo nec cõ apl'os.

scõz argu.

tertiũ arg.

A Rñsio auctoris ad q̃ sitũ qõnis.

¶ Dicendũ q̃ hñs non obstãtibus: papa dispensare põt cõ apl'os non tñ cõ oia dicta eoꝝ. Cur tñ cõ q̃dã: ⁊ non cõ oia: ⁊ que sunt dispensabilia: ⁊ que nõ: est mã. ꝑpria ꝑma chor. xi. ⁊ ibi late declarabitur.

¶ An euangeliũ discoopto capite: ⁊ stando legendũ ⁊ audiendum sit. Questio. xxxij.

Queritur vlterius an euangeliũ discooperto capite: ⁊ stando legendũ: ⁊ audiẽdũ sit.

¶ Dicendũ q̃ ad B nõ aliqua obligatio determinata nec p̃ceptum ex iure diuino vel humano: aut naturali prouenit: tamen ex quadam ecclesie consuetudine valde laudabili: ⁊ patrum admonitionibus circa B: ita vt iustum sit nos illud sic facere: ⁊ sit quedã inhonestas: ⁊ irreligiositas non obseruare illud. ¶ Primo ꝓuenit B generaliter ex dicto apl'i: q: non soluz in audiendo euangeliũ qõ est res excellentissima sed etiam in quacũq̃ oratione viri debent habere capita discooperta. j. cor. xj. s. Omnis vir orans aut ꝓphetãs vellato capite deturpat caput suũ. Et per ꝓphare possumus etiã colligere lectionẽ euãgelij. Q: sicut ille qui ꝓphat dicit verba que deus sibi reuellauit: ⁊ pp reuerentiam illoꝝ non debet habere caput vellatum: ita qui dicit euangelium dic̃ verba dei que xp̃s ore suo protulit. Et sunt maioris reuerentie q̃ꝫ verba oium prophaꝝ. Et sunt ẽt magis necessaria ad salutem: q: sine eis que deus quottidie reuelat ꝓphis põt hẽri vita eterna: ⁊ non põt sine verbis euangelij: sicut pz de vbis Apoc. que sunt uerba ꝓphie Apoc. 22. ⁊ tñ non sunt tante venerationis sicut euangelium. ¶ Scõo fit B specialiter ꝓpter significationem. Nam q̃ audientes euangelium stẽt ⁊ non sedeant significatur q̃ hõ dz esse ꝓmptus ad cõplendum oia que dicuntur in euãgelio sicut dr ad Ephe. 6. Estote ergo succinti lumbos vestros in veritate: ⁊ induti lorica iusticie: ⁊ calciati pedes in preparatione euangelij pacis. i. Debetis habere istas preparationes ad euangelium: per q̃s significatur promptitudo obediendi ⁊ exequẽdi verba euãgelica. Caput debet esse discoopertũ: ad significandũ q̃ homo habeat promptas aures ad audiendũ euãgelium: vt nõ sit euangelij surdus auditor: sicut dicr̃ de beato Martino: q̃ Martinus euangelij non surdus auditor de crastino nõ cogitabat. Uel discooperitur caput ad significandum q̃ ꝓpter euangelium debemus esse prompti omnia tpalia abijcere a nobis ⁊ abdicare. Et ista est causa quare clerici nõ solum habent capita discooperta sed ẽt rasa: ad significanduz maiorem abdicationem temporaliuz reꝝ q̃ꝫ laici: cum magl deo adhereant q̃ꝫ sacerdotes ⁊ pontifices qui sunt medij inter deum ⁊ populum. Ad hebre. 5. Et ista est causa q̃re monachi maiores habeant tonsuras quam clerici seculares. s. q: illi magis a se omnia abijcerunt: cũ nihil possideant. Apostolus tamen aliã cãm ponit quare caput debeat eẽ discoopertum. j. cor. xi. s. q: caput viri est xp̃s: ⁊ vellãdo caput est q̃si velare xp̃m. Et B est deturpare caput. i. ostendere illud eẽ turpe. Nam res quãto sunt turpiores tanto magis vellam⁹ illas ad ro. i. ⁊ j. cor. in. s. Et que putamus ignobiliora mẽbra esse corporis nostri: hijs habundantiorem honorem circundamus. i. pluribus vestibus ea tegimus. Partes autem pulchre non teguntur a nobis: ideo cum xp̃s sit caput viri: non est caput in oratione nec in euangelio tegẽdũ. ¶ Tertio fit B ꝓpter similitudinem reuerentie que exhibetur dominis temporalibus. Nam cum quis loquitur domino temporali discooperto capite loquitur: cum etiam dominus temporalis loquit̃ alicui ille audit verba eius discoopert o capite: iõ legens euãgeliũ vel orans dicitur quasi loqui cum deo iõ caput debet habere nudũ. Audiens euangelium est quasi audiens deum loquentem: ideo debet nuduz caput habere ⁊ pedibus stare. Nam nemo auderet loqui magno domino sedens: vel audire verbum eius sedendo. Vult autez de⁹ q̃ faciamus sibi sicut domino tẽporali: vnde ipse increpat sacerdotes veteriꝫ testamẽti: quia offerebãt sibi animalia claudа ⁊ lãguida: vt pz Malachie. i. s. Et si offeratis claudum: ⁊ languidũ: nõne malum est. Offer illud duci tuo si placuerit ei aut si suscꝑerit faciẽ tuã. Quasi dicat. Nõ placebit ei nec suscipiet faciem tuaz. i. non acceptabit te nec respiciet bono vultu. Et eo deus capitulo dicitur. Filius honorat patrẽ ⁊ seruus dominum suũ timebit. Si ergo pater ego sum vbi est honor meus: ⁊ si dominus ego sum vbi est timor meus? Et sic deus vult honorari tanq̃ꝫ pater ⁊ timeri tanquaz dominus. Reuerentia autem ad timorem pertinet aliquomodo: licet aliquando ad amorem. Ex quocunq̃ autem proueniat: semper deo reuerentia exhibenda est. ¶ Quarto ex q̃dam ratione generali honoris. Nam nihil iustius aut naturalius est q̃ꝫ q̃ illum honoremus: qui cum esset honoratissimus pro nobis maxima vituperia pertulit. Jste est christus: qui vt ait apostolus cum esset diues: pro nobis pauper factus est. Et cum esset benedictissimus pro nobis

Quare mõachi hñt maiorẽ tonsurã q̃ꝫ clici seculares.

D 3. rõ.

E 4. rõ.

maledictionũ

maledictiõi legali se subiecit: quia maledictus est homo qui pendet in ligno. Debemus ergo xp̃m inquãtum possumus honorare: xp̃s aũt non apparet inter nos quantũ ad p̃ntiaz corporalẽ vt possimus ei exhibere honorẽ in aliquibus ceremoñs exterioribus. Ideo debemus eum honorare in eo in quo maxime repñtat. Nihil aũt est in quo xp̃s magis repñtetur q̃z in hostia: q: ibi vere est lz nobis nõ appareat. Ideo nũq̃ debem⁹ exhibere maiorẽ reuerentiã ei q̃z qñ videm⁹ hostiam p̃secratã. Istud aũt est cũ eleuat̃ super altare: aliꝯ temporibus lz videat nõ est necesse tantã ei reuerẽtiã exhibere
E sicut cũ eleuat̃. Rõ est q: ad lz ecclesia hostiã eleuat: vt tũc adoretur: z q: magis ꝓprie dr̃ homo tunc videre xp̃m siue deũ quã alꝯ cum videt hostiam: vt declaratũ est in libro nostro de quinq̃ figuratis paradoxis parte 2ª. post hoc autem nõ est aliquid in quo magis xp̃s nobis repñtetur q̃z cũ euãgelium audimus: q: tunc ipse vr̃ nobis loqui: iõ debem⁹ magnam exhibere sibi reuerentiã assurgendo sibi: z nudando caput. Similes autẽ cerimonie seruãtur iustissime circa euãgelium: quas ecclesie consuetudo tradidit. Alie ẽt sunt similes circa lz: vt. s. cũ legitur euangeliũ beati Joãnis: z dr̃ verbum caro factũ est. genua flectant. Est enim antiquata cerimonia: z laudabilibus nimis: quã ẽt ipsi demones cogũt interdum laudare: z punire contẽptores circa lz. Legitur enim apud auctenticos scriptores quẽdã monachum cum audiret euangeliũ illud solere non flectere genua: z irreuerenter se
Exẽplũ habere. Semel autẽ cum legeret istud verbũ eo non flecten te genua demõ qdã grauẽ alapã ei intulit dicens. Flecte miser z insensate genua. Or si sicut dr̃ verbum caro factum est diceretur verbũ demon factum est nos a genu flexione nunq̃ cessaremus. ¶ Alias ẽt cerimõias laudabiles ecclesia tenet: vt qñ in symbolo dr̃ q: xp̃s descendit de celis: z hõ factꝰ est: omnes genua flectant. Et hoc rationabiliter. s. vt sicut xp̃s cum deus esset se humiliauit humanitatẽ assumendo: ita z nos cõmemorato illo bñficio confestim in honorẽ illius humiliemur vicẽ prio beneficio reddentes. ¶ Similes autẽ ce
F rimonie sunt honeste z laudabiles valde in homine xp̃iano qui aũt ad ista nõ attẽdit dr̃ ꝓprie irreligiosus: nec significat se hẽre pfectionẽ religiõis xp̃iane nec feruorẽ aliquẽ. Cauẽdũ tñ est ne per obseruantiã cerimoniaz laudabiliũ puenia
Supsticiões q̃ a quibusdã obseruanť sũ reprehẽsibiles. tur ad obseruantiã stultaz superstitionũ: q̃les apud quosdã inoleuerunt. s. q: audientes euangeliũ bti Joã. vno pede in terra fixo alterꝫ eleuatũ z pedente hẽant. Alij aũt cũ in missa oratio dñica recitatur manu maxillas cõprimunt: putãteq̃ per lz se futuros imunes a dolore dentiũ. Hec aũt q̃stũ irrationabilia sint: z q̃stuz minuant de honore veraz cerimõiarum: z ipsius religionis xp̃iane: cuilibet planũ est. Nã nulla rõ dictat talia debere fieri ad exhibendũ aliquẽ honorez: imo potius si quiq̃ ista pp aliquẽ horez faceret: putaret se per talia irrideri. Qõ aũt credať cõphẽsis maxillis cuz dr̃ oratio dñica vel euangeliũ debere imunitatẽ a dolore dentiũ cãri: q̃stũ stultissimũ sit ẽt simplices vidẽt. Uñ nec ꝑ talia arguere expedit: sic nec ꝑ stultos q̃z insania oibus patens ẽ. Sũt tñ ista valde euitãda tãq̃ inimica religioni xp̃iane que oẽm superstitionẽ detestat: ꝑ supstitiões aũt arguit valde Aug. in lib. de doctri. xp̃ana.

¶ An debeat seruari genu flexio semper in eleuatione hostie: z in lectione euange. caput debeat discooperiri.

Qõ. xxxiij. A Rñsio ad q̃situ qõnis.

Questio. xxxiij.

Queritur ꝓpter p̃cedentia cũ dictũ sit q: ad honorandũ xp̃m eleuata hostia debent genua flecti: z ad honorãdũ eũ cũ euangeliũ legit debemuꝫ stare: cur nõ vtrobiq̃ seruaťeadẽ cerimonia honoris. Dicendum q: verus honor quez hõ deo exhibet est in aia: sic dixit xp̃s. Joã. 4. q: deus spũs est: z qui adorãt eum opz in spũ adorare. Ista adoratio vel honor est p fidẽ spez z charitatẽ: q̃s apls iubet semp in nobis manere: vt deo simus accepti. j. chor. 13. s. Manẽt ãt i nobis spes fides z charitas. Iste. n. tres sunt per q̃s ꝓprie deus honoraťsic dicit Aug. i enchi. s. spe fide z charitate colit deus. Honor ãt qui est in corpe: directe ad deũ nõ ptinet. Or tñ deus nõ solũ ꝓdidit aiaz nr̃az sed ẽt corp⁹: diginũ est vt ẽt eũ corpal̃r honoremus. Nõ sunt aũt nal̃r determinate alique cerimonie per q̃s honor videat impẽdi. Qõ pz q: quedã gẽtes vtunť qbusdã cerimoñs: z alie alꝯ. Et aliq̃n id q: apud vnã gẽtẽ reputaťexhibitiuum honoris: apud aliã iudicaťirrogatiuũ ꝓtumelie. Cũ igit iste cerimonie sint ꝓstitute ad placitũ: iõ ad lz q: aliqs videat aliteri honorẽ ipẽdere. Or vt tali cerimonia vtať: q̃lis in terra illa ad honorẽ ipẽdendũ frequẽtať. Sic g̃ deus voluit: vt cuz nos vellemus ei impendere honorẽ per illas cerimonias impendamus que in regiõibus nr̃is vsitate sunt. Et q: dñis tẽporalibus maior honor ipẽditur: z per cerimonias magis significatiuas honor⁹: vult de⁹ vt talr̃ eũ honorem⁹ q̃lr̃ dños tpales honoram⁹: z illud qõ nõ reputaret ad honorẽ a dñis tpalib⁹ nõ ipẽdam⁹ deo. Pz Mala. j. cũ increpat sacerdotes offerẽtes aialia clauda z lãguida: q̃lia nõ acceptarẽt dñi tẽporales. Nunc aũt dicendũ q: sicut apud dños temporales ad exhibendũ reuerentiã nõ semper facimus calcẽ cerimonias sed aliq̃n eis assurgimus: z aliq̃n genua flectim⁹: z aliq̃n capita inclinamus z nudamus: ita z deo fieri dz ipendẽdo aliqñ vnã cerimoniã aliq̃n aliã. Accedẽdo aũt magis particulariter: dicendũ q: qñ corpus xp̃i eleuatur debemus flectere genua: q: ista est cerimonia maxime honoris: z vocaťadoratio: z debetur xp̃o tanq̃ p̃ncipi. Cũ aũt euangeliũ legit̃ lz xp̃o debeat dari honor: non tñ tãtus: iõ assurgimus z capita nudamus: q: iste est honor: sed ẽ minor z cõis. Nã oibus senibus debeť iste honor: sicut dr̃ leui: 19. s. Coram capite cano consurge: z honora psonã senis. ¶ Scõo fit lz q: flecter genua est honor qui debeť tanq̃ p̃nti: z multũ appropinquanti: sicut cũ aliqs appropinquat regi genua flectit: ita cũ xp̃s videatur nobis valde p̃ns per illũ modũ spãlẽ. s. qñ videm⁹ eũ in hostia tenemur genua flectere. Cum aũt euangeliũ audimus non flectimus genua: sed stam⁹ capite nudato. ¶ Primo pp similitudinẽ ad honorẽ dñoꝝ temporaliũ. Or siqs sedeat: z dñs ei loqui incipiat ꝓtinuo assurgit: z stat: z caput nudat. Cũ tñ euãgeliũ legit̃ xp̃s vr̃ nobis loqui: q: illa sunt verba eius: iõ assurgendũ est: z standũ nudo capite. ¶ Secũdo z ꝑcipue pp significationẽ. Nã stare capite nudato cũ legitur euangeliũ significat ꝓmptitudinẽ ad audiẽdũ z exequẽdũ verba illius sicut dr̃ ad Ephe. vj. s. Estote ergo succincti lũbos vestros: z induti lorica iusticie: z calciati pedes in ꝑparationẽ euangelij pacis. ¶ Sed tũc est dubiũ quare cũ legitur euangelium beati Joan. z dr̃ verbum caro factum est flectuntur genua. Dicendum q: fit illud spãl̃r exhibendo vicem prio beneficio ibi cõmemorato: q: xp̃s cũ esset deus exinaniuit se ipsum formã serui accipiens ad Phili. ij. i. Humiliauit se accipiendo carnẽ humanã. Ista autẽ humiliatio significatur in euangelio Joan. cũ dr̃ verbũ caro factũ est. Jõ humiliamur tunc in reuerentiã eius qui se prio nobis humiliauit. Eadẽ rõ est ẽre humiliamur in symbolo cũ dr̃ z hõ factus est: q: illa fuit prima humiliatio verbi dei. Ex lz pz ôter minatio dubij illoꝝ qui ẽrunt in qua pte symboli genua flectenda sint. Nã aliq flectũt cũ dr̃ passus ẽ: alij ad alia verba. Sed ꝓprie flectenda sunt genua cũ dr̃: z hõ factus ẽ: q: illa est prima humiliatio xp̃i. Sil̃is hũiliatio fit ẽt qñ legit̃ euangeliũ Matthei. mat. ij. die Epiphanie de tribus regibus de qbus dr̃ q: ꝓcidentes adorauerunt eũ. Nã tũc nos fil̃r ꝓcidimus z adoramus xp̃m. ¶ Alia filia fiũt cerimonialia ad honorez xp̃i cum legunt̃ vba eius: de qbus per ꝓdicta facilit̃ potest colligi causa.

¶ An euãgelium positũ sup lãguẽtes aliquando sanet eos z vñ est ista vtus ei. Questio. xxxiij.

Qõ. xxxiiij. A Rñsio ad q̃situ qõnis ꝓmũ.

Queritꝫ vlterius an euangeliũ positũ sup lãguẽtes aliq̃n sanet eos: z vñ ei ista vtus ẽ. Rñdẽdũ q: aliq̃n posito euãgelio super lãguẽtes z destitutos officio membrorũ visum est q: sanati sunt. Ad sciendum autez vnde z quomodo hoc proueniat considerandum est q: virtus sanatiua est duplex. Quedam naturalis: quedam supernaturalis. ¶ Prima est quedã qualitas absoluta existens in corpore naturali ꝑm quã illud corpus per applicationez: z cõtactum sine quo non fit actio naturalis: sc cundo de generatione z corruptione proficit illi cui applicatur. Sicut res calida per applicationem calefacit. Nam vt cõmuniter virtus sanatiua vel nocitiua prouenit rei naturali ex diuersa habitudine quattuor qualitatum primarum: que sunt instrumẽta totius nature elemẽtalis: z ex ista habitudine varia qualitatum prouenium quasi omnes diuersitates: quas cernimus in corporibus elementatis. Verum est q: aliquando prouenit virtus sanatiua ex cõditione speciei non pp habitudinẽ aliq̃ qttuor qualitatũ sicut de quibusdã alijs ꝓprietatibus interdum videmus: vt q: magnes attrahat ferrum

Virt⁹ sanatiua nãlis z supnãlis.

Virt⁹ sanatiua nãlis.

nõ potest

non potest euenire ab aliqua de quattuor qualitatibus sed a virtute specifica: sic etiam de fonte epiri in grecia in quo si ponat lucerna extincta accendit: ⁊ si ponatur accensa extinguitur: ⁊ de alijs mirabilibus fontiū ⁊ aquaꝝ ⁊ aliaꝝ rerū que ponit Jsidorus. xj. ethimo. Sic est sepe in lapidibus pretiosis habētibus speciales virtutes que solū ꝓsequūtur speciem: ⁊ non ꝓueniunt ex aliqua de quattuor qualitatibus.

B Uirtꝰ sanatiua supnālis seu diuina.

Uirtꝰ nālis nō pōt sanare. Pria rō. Scōa rō. Scti ꝓprie nō faciunt miracula ſz deꝰ ad ꝑces eorum.

Uirtus sanatiua diuina nō est aliqua q̄litas dei: ſz ipsa substantia eius: cū in deo nihil sit ꝙ non sit deus. Prima vtꝰ sanatiua. ſ. nālis nō pōt esse in euangelijs: q⁹ papirus vel mēbrane ⁊ littere nullaꝫ virtutē hñt ad aliquid efficiendum. ¶ Jtē q⁹ si esset virtus nālis esset qualitas absoluta: ⁊ sem per maneret: ⁊ sic q̄cūq; ponerentur euangelia sup egros sanarentur: sed falsum est. Non pōt ēt esse in euāgelijs virtus supnālis: q⁹ illa non est nisi ipsa substātia diuina q̄ nulli cōicatur. Et hoc modo dicendum ēt de apl'is: ⁊ alijs viris sanctis qui faciebāt miracula: qō nō erat in illis illa virtus: per quā faciebant miracula: q⁹ illa est infinita: ⁊ nō pōt cōicari alicui creature. Et sic dicendū ꝙ ꝓprie sancti non faciebant miracula: sed deus ad preces eorum faciebat miracula. Et aliq̄n sine precibus vt daret eis maiorē auctoritatem: ad ostensionē glorie ei⁹. Poterat tn̄ deus dare alicui libro euāgelioꝝ vel oibus virtutē quādā scōm quā sanarentur egri: ⁊ illa esset vere in libro euangelioꝝ: ⁊ maneret ibi semp cuius semper esset absoluta ēt liber esset subiectum eius: ⁊ illa nō esset oio supernālis: q⁹ non erat ipsa virtus diuina: sed virtus in corpore real'r existēs ſz esset supernāliter causata: nec etiam esset oio naturalis: q⁹ nō insurgebat ex principijs nature. ſ. non ex aliqua de quattuor qualitatibus nec etiā esset vt⁹ specifica: q⁹ liber euāgelioꝝ non est alicui⁹ speciei nec in aliquo predicamento cū sit ens per accidens aggregans in se res diuersoꝝ predicamentoꝝ. Magis tn̄ diceretur supernaturalis q̄z naturalis. Jsta tamen virtus oi tempore sanaret: quandocūq; liber superponeretur egro. Et non est differentia an ille esset bonus vel malus: deuotus vel indeuot⁹: q⁹ cum illa virtus iam consisteret in illo libro: ⁊ non eēt res ratiōalis operaretur semper vniformiter: q⁹ nā semper est determinata ad vnum. Sole enim rationales potentie sunt ad oppositum. 9. meta. ⁊ possunt variare actum.

C

¶ Dicendum tn̄ ꝙ ista virtus non posset sanare a quolibet morbo: sicut non posset cecos illuminare nec mutilatis membra abscisa restituere: q⁹ illa virtus cōicata libro nō poterat esse infinita: q⁹ non est cōmunicabilis nature create. Jsta tamen que dicta sunt: ⁊ similia sicut mutos facere loqui: ⁊ suscitare mortuos sine infinita potentia non possunt fieri. Dicendum autē ꝙ cum per impositionē euangeliorum aliquis sanatur: non fit hoc per aliquam virtutē quā deus cōmunicet euangelijs: q⁹ nulla in mēbranis nec in litteris: sed fit per virtutem infinitam dei. Facit tamen illud impositis euāgelijs sup egros ꝓpter fidem eorum qui imponunt: velut ostēdat veritatem ⁊ dignitatem ipsius euangelij: vt sic magis prompti simus ad credendum ei: ⁊ ad obediendū preceptis eius. Sic enim apl'is datum est ꝙ cum imponerent manū super egrotos sanarentur. mat. 6. Impositio autem istarum rerum irrationabilium ad sanandum egros ab antiquo fuit. Nam Heliseus misit baculum suum ad ponendum super filium mulieris sunamitis mortuum vt suscitaretur. 4. regum. 4. ſz nō suscitat⁹ q̄ fortē fuit ꝓpter demerita giezi qui portabat baculum: vel ꝓpter aliam causam vt declaratum est eodē capitulo: si tamen hoc non consueuisset fieri vel non putasset Heliseus ꝙ per hoc poterat puer suscitari non misisset baculum. Sic etiam beatus Joānes fecit poni vestem suam super mortuos: ⁊ sic suscitati sunt. Ut patet in eius legēda.

D Rñsio ad scōm q̄situ qōnis.

¶ De euangelijs autem quare iuramus tangendo illa: ⁊ an liceat iurare super quedam euāgelia periculosa in quibus falsi iurans in breui moritur declarabitur. j. 5. capi.

E Quare iuramus tangēdo euā.

¶ Tangit autem hic Nicolaus in prohemio differentiam legis euangelice ab alijs: assignans quattuor differentias. Circa hoc tamen sunt valde multa dubia que presentem prologum ex cederent. de illis autem determinabitur in libro nostro de quinq; legibus.

¶ Explicit prologus Reuerēdissimi. D. D. Alphōsi de madrigal. hi spani episcopi abulensis. tam super Mattheum q̄z generaliter ad omnes euangelistas.

¶ Jncipit expositio Reuerēdissimi. d. d. Alphonsi episcopi abulensis super prologum primum beati Hieronymi super Mattheum.

Mattheus. Circa istos plogos Matthei ē diuersitas in biblijs: q⁹ quedā habent plures quedam pauciores. Nos autem exponemus hic quattuor: q⁹ nō solent plus reperiri de quorum ordine dicet. j. q. j. ¶ Jste ponitur hic primus: q⁹ vt cōiter in omnibus biblijs in quibus habetur primus ponitur sed in hoc non multum differt. ¶ Et diuiditur in duas partes. ¶ Q⁹ primo agitur de necessitate scribendi euangelū. ¶ Secūdo de numero euangelistarum. ibi. Cuius autem plures. Jsta in duas. ¶ Q⁹ primo ponitur quare sint quattuor euangeliste: assignando diuersas causas: ⁊ precipue comparando quattuor euangelistis quattuor animalia. ¶ Secūdo illa eadem ad xp̄m comparat. ibi. xp̄us vero. ¶ An omnes isti prologi hic positi sint beati Hieronymi: ⁊ quare ponuntur tot ⁊ quis est eorum ordo. Qō. j.

Questiū ꝑmus ꝑme qōnis.

A Rñsio ad ꝑmū q̄situ qō nis.

Queritur Circa primum an omnes isti prologi qui ponuntur h̄ sint beati Hieron. ⁊ quare ponūtur tot: ⁊ quis est ordo ipsorum. ¶ Ad primū dicendum ꝙ non ponitur communiter certus numerus ꝓlogoꝝ: sed q̄daꝫ biblie i quibus ponit vnic⁹. ſ. ille qui hꝫ h̄ vltim⁹: ⁊ incipit Mattheus ex iudea. alij libri hñt duos. ſ. illum ⁊ istum primum: qui incipit Mattheus cum primo. Alie habent quattuor. ſ. predictos duos ⁊ alium qui incipit Beatissimo pape damaso: ⁊ alium qui incipit plures fuisse.

Oēs ꝓlogi biblie sunt bti hier. ꝓria rō.

¶ Dicendus de omnibus ex hijs ꝙ sunt beati Hieronymi. ¶ Primo quia cōiter nullus prologus pōitur in biblia ni si beati Hieronymi: q⁹ cum ipse transtulerit eam tā nouū q̄z vetus testamentū in ea forma in qua habemus: non debuit poni aliquid alterius in ea: q⁹ non cōcordaret. Prologi autem Hieron. concordant: q⁹ per eos ipse declarat intentionem translationis, sue. vt. j. dicetur.

Scōa rō.

¶ Scōo ꝓ hoc ex stilo ⁊ genere scribendi. Q⁹ si quis cognoscat aliquid de genere scribendi doctoꝝ sacre scripture inter se valde differūt: ⁊ cuiuslibet stilus apparet differens esse a reliquo. Et sic omnes istos prologos constat esse Hieron. cū sint eiusdē stili ⁊ generis scribendi vsitati ab eo.

tertia rō

¶ Tertio ꝓ q⁹ isti prologi reperiuntur inter opera Hieron. Nā siquis legat libū epl'arum suaꝝ ⁊ libꝝ de illustribus viris: reperiet quosdā in epistolis ⁊ alios in alijs eius libris. Nā cōiter oēs prologi beati Hiero. sunt epl'e eius: vt ꝓ ex eis. ſ. q⁹ dirigebantur ad ꝑsonas illas q̄z ꝑcibus libros in latinū vertebat. Et sic duo plogi istoꝝ sunt epl'e ipsius Hiero. ad damasum papā. ſ. ille qui icipit Beatissimo pape: ⁊ alius qui icipit. Plures fuisse.

B

¶ Dicendū ꝙ ꝙ plogi Hiero. ſz cōiter sunt epistole eius: tn̄ aliq̄n ponunt: vt argumenta ad declarādū aliqd eoꝝ que in ipsis libris hñtur qbus ꝑponunt. Et cū Hiero. trāslaturus eēt libros diuersos sacre scripture rogabat a diuersis super hoc quibus ipse iterdū scribebat: aliq̄n se excusabat pp difficultatē: aliq̄n pp emulos. Qō cōiter facit in q̄libet plogo: aliq̄n tāgit aliqd eoꝝ que in ipsis libris hñtur. Jste epl'e non pertinebāt ad sacrā scripturā: q⁹ nō sunt ps eius. Q⁹ tn̄ Hiero. eā trāstulerat: ⁊ iste epl'e declarabāt cāz trāslatiōis: ⁊ interdū tāgebant alia ꝑtinentia ad itellectū ipsoꝝ librorum visum est Hieronymo appōere libris a se trāslatis q̄sdā istaꝝ epl'arū in ꝓncipio: vt per hoc saltem cognoscat qs libꝝ transtulerit: cū multe alie editiones solerent esse in eccl'ia: quibus cassatis ista que est Beati Hieron. recepta ē. Et maxie apposuit Hiero. istas epl'as q̄n faciebāt mltū ad itell'z scripture. Sic ꝓ de plogo galeato qui icipit vigintiduas lras: ⁊ ꝓponit libris regū. Jlle nāq; ē epl'a ad Paulū ⁊ Eustochiū: vt ꝓ ex ipso cū dirigunt verba ad Paulū ⁊ Eustochiū vt orent pro beato Hiero. ꝫ emulos. Et istū plogū ꝓposuit ipse oib⁹ libris sacre scripture: cū ait. Hic plogus scripturaꝝ q̄si galeatū, ꝑcipiū oibus libris qs de hebreo vertimus in latinū ꝓuenire pōt. Ut scire valeamus qcqd ex hos est: iter apocripha esse ponendum. Jsti plogi inq̄tū dirigunt ad certas ꝑsonas dicunt epl'e: inq̄tū vo ꝓponunt libris sacre scripture vocant plogi vl' phemia. Interdū aūt Hiero. apposuit aliqs plogos qui nō sunt epl'e: ſz ꝑt vocari argumēta ad hñdū itentionē in gñali eoꝝ q̄ in libro tradunt: vel saltē vt leui⁹ itelligant. Et isti prologi epl'ares siue argumenta que Hiero. apposuit

libris:

libris habētur cōmuniter in omnibus biblijs quasi sint de essentia ipsoꝝ librorum. cum ipse translator apposuerit. postea tñ aliqui curiosi legentes libros hiero. ⁊ reperientes aliqua. siue epistolas siue alia scripta que facerent gñaliter ad intellectum alicuius libri: ꝓposuerūt ea libris. Et ista est causa quare in quibusdā libris plures prologi q̄ꝫ in alijs habentur. ¶ Cuz autem querit quare tot sunt dicenduz q̄ ex eo qō non hñtur cōmuniter in oibus libris non videbatur esse oino necessarij: sunt tñ vtiles. Et colligit vtilitas sic. ga hic est principiū euangelistaꝝ gñaliter: ⁊ principium beati Matthei spāliter: ideo potuerunt poni ꝓlogi specialr ꝓ bto Matthēo. vel gñaliter ꝓ oibus euāgelistis. ꝓ bto Mattheo solo est hic vnus ꝓlogus qui incipit Matthe⁹ ex iudea in quo ponit declatio quorūdam pertinentium ad Mattheū soluz. Et iste prologus hētur in omnibus libris. Et erat totaliter necessarius: q̄ nullus liber est cui non debeat preponi aliqs prologus: vt cognoscat aliquid de eo in generali. ¶ Tres aūt sunt quātū ad omnes euangelistas. Et isti non erant taz necessarij: sunt tñ vtiles. Unus eoruz ponitur ad declarandū correctionē factam librorꝝ noui testamenti ⁊ translationē per hieroni. de quo est ille qui incipit Btissimo pape damaso. Alius ponit qui fuerunt illi q̄ post quattuor euangelistas conati sunt scribere euāgeliū: ⁊ q̄re non sunt recepta eorꝝ scripta: ⁊ est ille qui incipit. Plures fuisse. ¶ Ad tertiū cum querit quis sit ordo istorꝝ prologorum. Dicendū est q̄ illi tres prologi qui ptinent ad omnes euangelistas ꝓponantur: ⁊ qui pertinet ad soluz Matthe. subsequatur. ⁊ sit ꝓiunctus Mattheo. ¶ Istoꝝ triū est ordo non totaliter necessarius. ꝓponitur tñ iste in quo demōstratur quot sunt euangeliste: ⁊ subsequit ille in quo de correctione librorꝝ agitur. s. Beatissimo pape damaso: q̄ prius fuerunt libri quattuor euangelistaꝝ q̄ correrūperent ⁊ corrigerentur. Postea sequit ille in quo agitur de euangelijs reiectis que scripta sunt a ꝑsumptoribus. Et illud minus pertinet ad vtilitatē ⁊ intentionē euangelioꝝ: ideo subsequit prologus: tñ ille concordat in aliquo cum isto primo.

L Questiō scōm ꝑme qō nis.

D Questiō ctiuz ꝑme qō nis.

Prologus primus bti Hiero. ꝑbyteri in libros quattuor euangelistarum. Incipit.

Exposi tio lre.

MAttheus cū ꝓmo ꝓdicasset euāgeliū in iudea: volēs transire ad gentes. primuz euāgeliū scripsit hebraice: qō frībus a q̄bus ibat ad memoriaz reliqt. Sicut. n. necesse fuit ad ꝓfirmationez fidei euāgeliuz predicare: sic tō hereticos scribi. ¶ Circa lraz dī (Mattheus cū ꝓmo). Intentio hiero. in isto prologo est solū declare quare sunt q̄ttuor euangeliste ⁊ non plres: cū multi alij euangelia scripserūt. Et dī. (Matheus cū primo ꝓdicasset euangeliū in iudea). Predicauit Mattheus euāgeliū in iudea: ⁊ inter gētiles. s. in ethiopia prius tñ in iudea: iō dī cū ꝓmo ꝓdicasset in iudea. (volēs trāsire ad gētes). gentiles vocant gētes respectu iudeoꝝ: quia gens ꝓprie dicit ꝓgregationē multoꝝ hoiuz. Et h ptinebat ad totū mundū. Judei aūt lz eēnt vna gens. erāt tñ paruus ppl's ⁊ vnicus: iō nunq̄ꝫ vocāt gētes: sed reliquus orbis respectu iudeoꝝ vocat gentes. Sic dī malachie. p. Magnuz est nomē meū in gentibus ab ortu solis vsq̄ ad occasum. i. inter oēs gentiles ab ortu solis vsq̄ ad occasuz. Iste gētes q̄s trāsiuit Mattheus sunt ethiopes q̄ vocant nubiani. (Primus euāgeliū scripsit). Ante ipm nemo scribere cogitauerat nec de veris euāgelistis nec de ꝑsumptoribus: quia presumptores scripserūt post oēs q̄ttuor euāgelistas veros. Ipsi aūt q̄ttuor h ordine scripserunt. s. p̄ Mat. 2° Marcus. 3° Luc. 4° Joānes. vt ait hiero. j. in ꝓlogo qui incipit. Plures fuisse. ⁊ Aug. li. p̄ de ꝓcor. euāgelistaꝝ. (hebraice). Erat Matthe. iudeus. ⁊ scribebat iudeis: ⁊ in terra iudeoꝝ: iō hebraice scripsit. Quidā tñ dicunt q̄ postea ipsemet euāgeliū suū vertit in grecū. Et sic māserunt duo exēplaria ō manu matthei hebraeū ⁊ grecū. Sz istud dicit hiero. in li. de illustribus viris. c. de mattheo dubiū esse. Nā ipse vidit exēplar: matthei siue ipz scriptū in famosa bibliotheca cesariēsi quā fecit Pāphilus martyr. grecū aūt nō vidit. Jō raro doctores tāgunt q̄ mattheus scripsit grece: sz oēs asserunt q̄ scripsit hebraice. (qō frīb⁹ a q̄bus ibat ad memoriā relīqt.) s. Euāgeliū suū qō scripsit in iudea relīqt ibi frīb⁹. i. iudeis illis q̄bus ꝓdicauerat: q̄ vocant frēs. Et h fuit ad mēoriā. s. vt nō obliuiscerent ea q̄ illis ꝓdicauerat cū manerēt in scriptis. Uel dī ad memoriā sui vt recordarent eius. Nā Mat. recedebat de iudea in qua hēbat cognatos ⁊ amicos q̄bus nūc ꝓdicauerat: ⁊ ibat ad ꝓdicādū gētibus: de q̄bus nescie bat an reuersurus esset vnq̄ꝫ in iudeā: iō ad ppetuā memoriā sui voluit relinq̄re illis quoddā ꝑciosuz donū p q̄ nō obliuiscerent eius. Et istud fuit euāgeliū qō erat satis preciosuz: q̄ nullū añ h scriptū fuerat. Et erat ibi tota doctrina salutis. Sic solent amici recedentes ab inuicē ad lōgū tps tradere sibi mutuo dona memorabilia. vel q̄ recedūt dona dimittūt manētibus. Uocant frēs isti q̄bus Mattheus dimisit euangeliū dupl'r. Uno mō q̄ erant hebrei: ⁊ omnes hebrei vocant iter se frēs deuteronomij. xv. s. Si vēdit⁹ fuerit fr̄ tuus hebreus aut hebrea. Et intelligit de quocūq̄ hebreo. Sic ēt deute. 23. s. nō fenerabis frī tuo ad vsurā: sz alieno. Et p frēs intelligunt oēs iudei: p alienos intelliguntur gentiles. Nā hebrei nō dant sibi mutuo ad vsurā: sed xpianis ⁊ saracenis: quos reputāt alienos. Aliter vocant frēs ⁊ melius q̄ erāt xpiani: ⁊ oēs xpiani inter se debēt vocari frēs. vt ꝑz mat. 23. s. Oēs aūt vos frēs estis. Et ꝑm nolite vocare vobis sup terrā. Et ita apl's loquūtur. vt ꝑz Jaco. 2. s. Si aūt fr aut soror nudi sunt. i. si aliqs xpianus vel xpiana vestibus caret. Uenit aūt eis hoc nomē ex ꝓditione viuēdi: q̄ in ꝓncipio eccl'ie ꝓmittue oēs xpiani hēbant oia cōia: ⁊ diuidebant inter eos fm necitatē varia ipsoꝝ. ⁊ nemo dicebat q̄q̄ꝫ eē suū. actu. 4. Et q̄ ista est vita frum ex codē pie rectissime vocabāt xpiani frēs. (Sic. n. neče fuit ad ꝓfirmationē fidei euāgeliū ꝓdicari). Probat hic q̄ necesse fuit. q̄ Mattheus vel aliqs alius scriberet euāgeliū dicēs: q̄ sicut fuit neče ad fundationē fidei q̄ euangeliū ꝓdicaret per orbem: ita fuit neče illud scribi ꝓp hereticos ne possent calūniari. Accipit h ꝓfirmatio ꝓ fundatiōe vel formatiōe. Nā p ꝓdicationē fides fundat ⁊ formaf. i. gignit in hoibus. sic apl's dicit eis q̄bus ꝓdicat ad gala. 4. filioli mei quos iteruz parturio donec formet in vobis xps. i. formet fides xpi in cordibus vris. Fuit nečia ꝓdicatio ad formationē vel fūdationē fidei: q̄ fides ex auditu est ad ro. x. ⁊ nemo credat explicite nisi ab aliquo audierit: q̄ al's nesciet qd credēt. Sed in euangelio ptinet qd credendū est: iō neče fuit istud ꝓdicari ad fundationē fidei: vt per totū orbē fides fundaretur ⁊ plantaret sicut dixit Paulus. Ego plantaui: apollo rigauit. i. ego plātaui fidē predicando illā p̄ vobis. p̄ª co. 3. (Sic ⁊ p̄ hereticos scribi). Propter hereticos nō solū fuit neciū predicari euangeliū: sed ēt scribi: q̄ añq̄ꝫ aliqs sit hēticus ē fidelis: ⁊ h est per auditum fidei. Postea aūt volendo aliqd male intelligere ⁊ praue intellecta ptinaciter defendē efficitur hereticus. Et p̄ istos est necium scriptū fuisse euāgeliū: q̄ al's ad defensionē erroꝝ suoꝝ dicerent q̄ nō sic xps ꝓdicauerat sicut eccl'ia tz. Cū aūt euangeliū maneret scriptum non poterant negare: ⁊ sic nō calūniarentur.

¶ Quare Mattheus scripsit euāgelium. Qō. ij.

Queritur quare Mattheus scripsit euāgeliū: ⁊ an eēt neciuz. Aliqui dicūt q̄ non: qa aliqō tps fuit in quo nullū erat euangeliū scriptū: ⁊ tñ erat fides plena. s. tpe xpi. Jtez post xpi mortē mansit eccl'ia sine aliquo euangelio scripto vsq̄ ad tps quo recesserūt apli ō iudea. Et maxie inter grecos ⁊ latinos fuit eccl'ia maiori tē poze sine euāgelio q̄ꝫ Mar. ⁊ Luc. ibi scripserūt: vel quo usq̄ꝫ euāgeliū scriptū a Mat. i iudea extēderet ad eos: ⁊ tñ erat tunc fides pfecta: ⁊ nō videbat neciuz euāgeliū scribi: q̄ al's xps viuēs ꝓuidisset de h vel apl's imediate post mortē eius. Qō nō fem est: q̄ nō erat neciuz. ¶ Dom q̄ neciuz fuit scribi euāgeliū vt sciremus qō credēdū esset: ⁊ nō elaberent de memoria nra ea que ꝓdicata fuerāt: ⁊ vt hētici non hērent locū calūniandi nobis: de q̄ magis. j. dicet. Jō cū nemo adhuc scripsisset Mat. añ oēs scripsit. Et forte nō ita cito scripsisset nisi trāsiturus eēt ad gētes: de q̄z regiōib⁹ ne sciebat an aliq̄n rediturus esset. Jō añq̄ꝫ recedēt: voluit euāgeliū qō predicauerat reliquere scriptū in iudea. ¶ Ad p̄m cū dī ō tpe xpi: dom q̄ nūc nō erat scriptū euāgeliū. p̄ q̄ nō dū erat tps. Nā ea q̄ xps faciebat ⁊ dicebat scribēda erant in euāgelio: ⁊ q̄ nōdū xps cōpleuerat actiōes suas nec apparebat adhuc ad quē finē reꝝ sue puēture eēnt. nō erat ne-

Opinio alioꝝ

A Rñsio ad ꝓmā rōnez i oppositiuz.

ꝓma ratio.

B Rñsio ad ꝑmrōnez i oppositiuz.

ꝓma ratio.

2ª ratio

cesse adhuc scribi. ¶ Scõo q2 euãgeliũ ꝓncipaliꝝ scriptum est ad tollendũ dubiũ de eis q̃ credenda sunt ꝛ facienda ne heretici ꝓia assererent: tpe tñ xpi nõ hẽbat locũ h̃: q2 ipse q introducebat legẽ poterat certificare de oib9 nullo scripto exãte. ¶ Tertio q2 euãgeliũ debuit scribi ad memoriã eoꝝ q̃ crederent: iõ videbaꝫ ꝑus debere fidẽ introduci q̃ scribe ret liber ꝑ quẽ hẽret memoria de credẽdis: ideo viuẽte xꝑo nõ scriptũ est q̃ q̃.

3ª rõ

4ª rõ.

¶ Quarto q2 xps noluit sibi assumere aliquẽ honorẽ añ mortẽ: nisi eũ qui nec̃ius erat ad introducendũ legẽ ꝛ ad salutẽ nr̃az. s. q2 aliq̃n faciebat miracula in q̃bus valde honorabãt eũ turbe: ꝛ tñ illa nõ erãt vt aliquez honorẽ inde xps ꝓsequeret: sed vt crederet dictis suis. Sic .n. dixit Jo. 5. Opera que ego facio testimoniũ ꝓhibẽt de me. Rõ est: q2 deus voluit q̃ totũ honorez q̃ exhiberet xꝑo hoi ipse mereret per actus suos. Et lz xps inquãtũ erat deus ꝑ quẽlibet actũ posset mereri in infinitũ: tñ meritũ suũ ꝓpter ꝑm diuinã ordinationẽ fuit ꝑ mortẽ. ꝛ tunc meruit oẽm honorẽ humanitatis sue. s. q̃ eẽt ꝑm q̃ erat hõ dominus oiuz hominũ. Nã solũ post resurrectionẽ dixit data est mihi ptãs in celo ꝛ in terra Mat. 28. Qõ nunq̃ dixerat añ mortem. Scriptũ tñ esse librũ noie xpi in quo ipse oñderet legislatoꝛ ꝛ tenere lex sua in veneratiõe erat magnus honoꝛ eius: ꝛ ꝯz hũanitatẽ in qua apparuerat legislatoꝛ. Jõ non decuit scribi librũ euangelioꝝ xꝑo viuẽte.

5ª ratio.

¶ Quinto q2 xps quã do vixit seruauit ad vnguẽ legẽ mosayca. Nõ videbaꝫ autẽ q̃ eo viuẽte esset scripturus librũ legis sue: cũ ipse obseruaret aliã que in multis repugnabat legi sue: q2 per h̃ videret aliqualiꝝ diminui auctoꝛitas eius.

6ª ratio.

¶ Sextus q2 tũc fuit cõueniens scribi librũ legis q̃n lex ꝓfirmata erat ꝛ obligabat. Lex tñ xpi nõ cepit obligare eo viuẽte: sed post mortẽ suaz: iõ cõuenientius fuit scribi librũ legis. s. euãgeliũ post mortez eius.

7ª ratio.

¶ Septimo q2 nullus euãgelistaꝝ xꝑo viuente auderet scribere q̃cq̃ nisi ex mandato xpi. ipse tñ nihil scribi mãdabat. iõ nihil scriptũ est.

¶ Octauo q2 ẽt si relinqueret cui libet de apl'is vel discipulis xpi facultas scribẽdi euãgeliuz non auderet: nec talia scripta nobis ꝓfecissent: q2 añ mortẽ xpi apl'i fuerunt viri iperfecti ꝛ simplices: nõ intelligentes ea q̃ xps eis dicebat: sicut q̃n dixit illis de fermẽto phariseorũ: putauerunt q̃ loqueret de panibus. Mat. 16. Et quãdo xps ꝓponebat ppl'o aliq̃s parabolas ipsi nõ intelligebant: sed petebant postea a xꝑo q̃ eis decl'aret. Mat. 13. aliq̃ etiã ante passionẽ xpi. s. ipsa nocte passionis dixit eis xps q̃ non intelligebant: sicut q̃n dixit eis xps. Modicũ videbitis me ꝛ iterũ modicũ ꝛ nõ videbitis me: nesciebant qd esset illud modicũ quo usq̃ xps decl'auit Jo. 16. Multa ẽt xps dixit discipulis que nũq̃ eo viuente intellexerunt: sed post resurrectionẽ suã. Sic cũ dixit soluite tẽplũ h̃: ꝛ in triduo reedificabo illud. Et dr q̃ discipuli post resurrectionẽ: intellexerũt q̃ dixisset istud de tẽplo coꝛporis sui Jo. 2. q̃si dicat añ resurrectionẽ: nũq̃ intellexerũt de quo loquutus fuisset. Cum ꝯ apl'i tũc nõ intelligerent v̈ba xpi a foꝛtiori nec possent cõuenienter illa scribere: ꝛ per seipsos fcã ꝛ dicta illius ordinare: q2 h̃ ptinet ad euz qui plene intelligit ea de q̃bus scribit. Jdeo nõ debuit euãgeliũ scribi añ xpi mortẽ. Et ista est causa multũ efficax. Nã christus de se nihil scripturus erat: vt declaratum est ꝑcedenti ꝓlogo in. q. xxvj. Quod autẽ apostoli essent tã simplices tpe toto quo fuerũt cũ xꝑo: cã fuit: q2 pfectio eoꝝ nõ fuit per v̈ba que xps eis dicebat: q2 illa erant sicut v̈ba vnius predicatoris: sed per spũm sanctũ operantẽ in coꝛde qui subito hoiem perficit. Et h̃ nũq̃ habuerunt apl'i vsq̃ post xpi ascensionẽ in die pentecostes cũ spiritus scũs venit super eos actu. ꝑ. Jlle. n. abstulit oẽm iperfectionem. Que autem fuerint iperfectiones apl'oꝝ añ pentecostẽ: ꝛ qũo ablate sint declaratũ est numeri. 28. vbi agit̃ de pentecoste iudeoꝝ. Non ergo debuit aliquis apostoloꝝ vel alioꝝ scribere euangeliũ vsq̃ post pentecostez: vt sciret qd scriberet ꝛ nõ posset errare dirigente spũ scõ.

¶ Ad secundũ cum dr q̃ ecclesia post xpi mortẽ mansit aliquanto tpe sine euãgelio: dicendũ q̃ tunc non erat nec̃ium: ꝛ tamẽ eo tpe quo cepit esse nec̃iuz ceperunt illud scribere euangeliste. Ratio autẽ quare nõ esset imediate necessariũ post xpi mortẽ fuit triplex.

¶ Prima q2 oẽs apl'i erant tunc i iudea ꝛ ibi solũ erant xpiani. Unde si aliq̃ dubium super fide nasceret per apostolos poterat satisfieri nullo existente libro. Cum autẽ apostoli debuerunt diuidi per totũ oꝛbẽ relicta iudea poterãt oꝛiri dubia sup fide: ꝛ nõ poterat tunc recurri ad eos: ideo anteq̃ ipsi recederent conueniens fuit scribi euangeliũ. Et istaz causam tangit hic Hiero. dicens q̃ cum Mattheus transiturus esset de iudea ad gẽtes scripsit euãgelium: ꝛ reliquit illud in iudea.

¶ Scõa cã fuit q2 euangelium ꝓncipaliꝝ scribit̃ ad memoriam vt non obliuiscanꝫ ea q̃ne xps ꝓdicauit. Sic dixit hic Hiero. q̃ Mattheus euangelium ad memoriã fratribus reliquit. Tẽpoꝛe tamen quo apl'i erant in iudea oẽs xpiani erant de iudeis: ꝛ illi viderant christũ: ꝛ audierant eum ꝓdicantẽ: vel saltẽ plurimi eoꝝ: vñ nõ poterant obliuisci gesta ꝛ dicta tã famosa q̃ ipsi xp̃m facientẽ ꝛ dicentẽ viderant. Jdeo non erat tũc necesse scribi euangeliũ. Cum autem fides per alias oꝛbis partes diuulganda fuit in illis gentibus que xp̃m non viderãt nec audierant: cõueniens fuit q̃ scriberet euangeliũ vt maneret gentibus ad cognitionẽ fidei. ꝛ ad memoriã eoꝝ que ꝓdicabantur.

¶ Tertia cã fuit q2 euangelium lz sit omnibus necessariuz: maxime tñ erat necessariũ eis qui ꝓdicaturi erant illud. Et tñ tempoꝛe quo erant apl'i hierosolymis erant ipsi apl'i ꝓdicatoꝛes: ꝛ non indigebãt euãgelio scripto: ad h̃ vt ꝓdicarent. Naz ipsi omnia mente scibant: tũ q2 viderant illa christuz dicentẽ ꝛ facientẽ. tum q2 per spiritum sanctuz fuerant docti de oibus que nec̃ia erant ad fidei fundationẽ: ita vt nullo libro opus esset illis.

¶ Quare btũs Mattheus transiuit ad gẽtes: ꝛ que sunt ille gentes ad quas transiuit.

Questio. iij.

Queritur quare beatus Mattheus trãsiuit ad gentes: ꝛ que sunt ille gentes ad q̃s transiuit.

¶ Ad ꝑmũ dicendum q̃ Mattheus ꝓdicauit euangelium in iudea cũ ceteris apostolis. Et cũ esset diuulganda fides per totuz oꝛbem mandato xpi apl'i diuiserunt ĩter se ꝓuincias: ꝛ euenit vna ꝓuincia btõ Matthẽo: iõ debuit ire ad ꝓdicandũ in illã.

¶ Ad scõm dicendũ q̃ gẽtes iste fuerunt ethiopes inter quos ꝓdicauit Mattheus: vt Hiero. ait in libro illustrium viroꝝ. c. matth. ꝛ patet in legenda eius quã tenet eccl'ia. Sunt autẽ isti ethiopes australes vltra egyptũ versus meridiẽ. Naz cũ quis ꝓcedendo de terra iudee in egyptũ. s. ex parte aq̃lonis in austrũ transibit totã egyptũ ꝑm latitudinẽ ꝓcedet vltra versus meridiem per quedã deserta arenosa nullius habitationis: in quibus est via viginti dieꝝ. ꝛ tunc peruenit̃ ad ethiopiã. Et vocaꝫ illa pars ethiopie nubia. Nã ethiopia est nomẽ multarũ gẽtium: quarũ quedã sunt in asia: quedã in affrica. Jsti nubiani receperunt fidẽ a beato Mattheo in qua manẽt vsq̃ hodie: lz parua cõmunicatio sit eis cũ eccl'ia romana: iõ in cerimoniis multũ differunt ab eccl'ia latina. Pertinuit quõdaz illa regio ad patriarchaz alexandrinũ. Sed alexãdria cepit esse saracenoꝛuz ꝛ terra palestine: ꝛ antiochie cessauerunt illi tres patriarchatus saltẽ quãtum ad rem: lz maneant nuda noia. s. alexandrinus hierosolymitanus ꝛ antiocenus. Manent ergo nunc per se nubiani cũ ꝓlatis suis: ꝛ in cerimoniis illis quas ab antiquo habuerũt cum adhuc maneret patriarchatus alexãdrinus ꝛ floꝛeret eccl'ia in egypto.

¶ De ista ethiopia nubiaꝝ fuit ille eunuchus regine candacis. regine ethiopuz q̃ venit in hierusalem adoꝛare in tẽplum salomonis. Et cũ reuerteret in curru suo Philippus ꝓdicauit ei: ꝛ baptizauit ipsum. Actuũ. 8. Et h̃ ꝓsonat dictis: q2 ille vt reuerteret in terrã suã reuertebaꝫ per viã azoti ꝛ gaze: ꝛ c. ꝛ illa est via vsq̃ hodie a iudea in egyptuz ꝛ iudee versus terrã nubianoꝝ. Hoc idem testati sunt ipsi nubiani in quadã epl'a quã sedi apostolice direxerunt tpibus nr̃is: dicentes de terra illa fuisse eunuchũ regine candacis.

¶ Quare apl'i recesserũt a iudea.

Questio. iij.

Queritur vlterius occasione huius quare alij apl'i recesserunt de iudea. Dicendum q̃ post mortẽ xpi apl'i maserũt magno tẽpoꝛe in iudea: ꝛ sic opus erat.

¶ Primo q2 eccl'ia debebat ꝓncipaliter fundari ibi vbi xps passus fuerat ꝛ ꝓdicauerat: vt videret eccl'ia super ipm fundata. ꝛ ab opibus ꝛ verbis eius sumpsisse initium.

¶ Secũdo q2 facilius erat ibi fundari eccl'iaz q̃z alibi eo q̃ iam iudei viderant oia gesta xpi. ꝛ facile erat fidez in eis foꝛmari: sicut scm̃ est. Qõ non esset ita facile in aliis gẽtibus que xp̃m non vidissent aliquid dicentẽ aut facientez: q2 oꝛtebat ibi noua poni fundamenta.

¶ Tertio q2 xps ꝓncipaliꝝ venerat ꝓpter iudeos cũ ex ipsis natus fuisset: ꝛ consequenter

2ª causa

3ª causa

Qõ. iij.

A Rñsio ad ꝑmũ quesitũ qõnis.

Rñsio ad scõz q̃situm qõnis.

qui sint ethiop.

Qõ. iiij.

A Rñsio ad quesitũ qõnis. apl'i mãserũt in iudea ꝑ mõtẽ

ꝑma rõ

scõa rõ.

tertia rõ

Ł Rñsio ad 2am rationẽ in oppositũ

Nõ fuit necessariũ scribi euãg. immediate pᵒ xpi mortẽ.

ꝓma rõ.

consequenter pp alias gentes. Naz ipse dixit. Non suz missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Matthe. 15. s. Principaliter ꝓpter israelitas. Ideo iustuz erat vt ꝑmo predicaret eis vt fundaret ecclesia in ipsis: z inde deriuaret salus ad totū orbem: q3 sicut xp̄s dixerat. s. salus ex iudeis est
4ª rō. Jo. 4. ¶ Quarto q3 xp̄s post ascensionē suam ita instituerat. s. vt apli ꝑmo p̄dicarent in iudea z in samaria: z deinde in toto orbe actuū p̄. s. Eritis mihi testes in hierusalē: z iudea: z samaria: z vsq3 ad extremū terre. Jta fecerunt aposto li. Nam prius predicauerunt in hierusalez. Et predicabant omnes apli. vt patet actuū. 6. qñ constituerūt diaconos ad ministerium mensaz. Et dixit Petrus nomine oiuz aposto lorum. Non est equū nos. s. apostolos relinquere verbū dei z ministrare mēsis. Ideo sequit q ꝑposuerunt illi officio se ptem diaconos: z ipsi. s. apostoli insistebant verbo predicationis. Hoc durauit aliquāto tempore quousq3 congregata est magna multitudo xp̄ianorum in hierusalē: z manebant in oratione: z insistebant predicationi: z hēbant oia cōmunia. actuū, 2°. z. 4. Postea inceperūt apostoli mittere aliqs de discipulis qui predicarent per totā iudeam: z conuertebantur multi ad xp̄m. Post ꝫ miserunt alios in ciuitates samaritanorum: z conuersi sunt plurimi de samaritanis. Et interim manebant omnes apli in hierusalem tāq3 in capite z fundamento ecclesie: z soli discipuli de mandato eoz ibant per iudeā z samariā. vt patet actuū. 8. s. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis: qa recepit samaria verbuz dei: miserunt ad eos petrū z Joānem: vt imponeret eis manus z acciperet spiritum sanctū. Ex quo apparet q apli nōduz iuerant in samariaz. z ob ꝫ licet baptizati essent samaritani non acceperant spūm sanctū in aliquo signo visibili qui dabatur per impositionē manuuz apostolorum z non aliorum saltem a principio. Et ꝫ dicitur in eodē. c. s. nonduz in quēq3 eorum venerat spūs sanctus: sed baptizati tantū erāt in nomine Jesu. Et ob ꝫ omnes apli miserunt Petrum z Joānē qui erant apostoli. Et tunc dicit q per impositionē manuū ipsorum venit spūs sanctus super samaritanos. ¶ Quinto
qnta rō quia in principio ecclesie oportebat nasci aliqua dubia que non poterant diffiniri nisi per generale concilium: conuenientibus apostolis in vnum oportuit manere simul eos aliquāto tempore. Patet ꝫ de dubio illo famosissimo. s. an obseruāda essent legalia cum euangelio: quod per oēs apostolos in concilio gñali diffinitum est. actuū. 15. Alias similes dubitationes diffinient que non ꝓsequenter tollerent nisi per oēs simul: vt magis ipsi ecclesie satisfactū esset: z vt non essent scismata. s. si quedam eccl'ia particularis obseruaret vnuz z alia aliud. Et ob ꝫ diffinitio per concilium super legalib⁹ placuit apostolis z toti ecclesie mittere diffinitionez illaz xp̄ianis qui manebant antiochie. actuū. 15. Nam illa erat terra que prō tunc longius stabat a hierusalem de omnibus illis
ꝫ Necessit apl'os ꝙ mūdū dispgi. qui fidem susceperant: cū nondum fidem suscepissent nisi iudea z samaria. ¶ Consumatis hȳs decuit: imo necesse fuit apostolos dispergi per totum orbem. ¶ Primo q3 christus eis mandauerat q essent testes eius vsq3 ad vltimuz terre. actuū. p̄. z Marci. 16. dicitur. Jte per vniuersuz orbez z predicate euangelium omni creature. i. omnibus hominibus.
ꝑª causa Et vt conuenientius fieret: diuiserunt inter se totum orbez per duodecim partes siue ꝓuincias: iuxta numerum ipsoz apostolorum: z illas prouincias inter se sorte diuiserūt. Prouenit autem tunc beato Mattheo ethiopia quantū ad partem nubianorum: z beato Jacobo hispania: z beato Thome terra iudeorum: z beato Simoni terra egypti: z btō Andree terra grecorum cū quibusdā adiacentibus: nā in achaia predicauit. Et sic de oibus alīs apostolis. Nam venerūt illis in sorte prouincie ille in qbus predicauerunt. de qbus patet ex histoīs singulorū Beato Paulo non fuit assignata tunc aliqua prouincia. Aliqui volunt q ꝫ fuerit: q3 quādo Paulus cōuersus est ad xp̄m fuerat iam facta diuisio ꝓuinciaz per sortes: z apostoli singuli iuerūt in sortes suas. Sed falsum est: q3 quādo Paulus cōuersus est z fact⁹ est apostolus: adhuc manebant apostoli in hierusalem: z manserunt postea multo tēpore: vt colligitur ex actibus apostolorum: licet contra hoc videat esse qō habetur ad gala. prio s. Alium autem apostoloz vidi neminē: nisi Jacobum frem domini. De quo qō possit stare decl'abitur eodē. c. ¶ Causa autem quare Paulus non habuit aliquā determinatam prouinciam fuit: q3 spiritus sanctus prohibuit dicens q deberet Paulus segregari a ceteris: vt patet actuū. 13. s. Dixit spiritus sanctus. Separate mihi Barnabam z Paulum in opus ad qō assumpsi eos. Ideo cum Paulus nō acceperit aliquam prouinciā specialiter: accepit totuz mundū ad predicandum: ideo vocatur ipse doctor gentium. j. ad Timo. 2° s. Ego positus sum predicator z apostolus veritatez dico in xp̄o z non mentior doctor gentium in fide z veritate. Et ali quando vocatur magister gentium. j. ad Timothe. p̄. s. Per euangelium in quo positus sum ego predicator z apostolus z magister gentiū. Et ob ꝫ Paulus predicabat in sortibus aliorum apostolorum. Naz Jacobo maiori data est hispania Paulus tamen dixit se illuc iturū ad predicandū. ad roma. 15. s. Cum in hispaniaz proficisci cepero: spero q ꝓteriens videam vos. Et sic saltem proposuit illuc ire. An vero illuc iuerit vel impeditus fuerit. eo. c. dicet. Constat tamē ad prō positum nostrum q non putabat sibi illicitum esse predicare in sortibus alioz apostolorum. Sic etiā terra iudee ꝓuenerat sorte Jacobo minori qui frater domini vocat. ad gal. p̄. z illum statuerunt apostoli ep̄m hierusalez: predicabat tamen Paulus in tota iudea. sic dicitur ad roma. 15. Jta vt a hierusalem per circuitum vsq3 ad illyricū repleueriz euāgelium christi. Etiam Andree achaia in qua p̄dicauit z mortuus est. z tamen ibi predicauit Paulus. Patet ad ro: 15. s. Probauerunt enim macedonia z achaia collationē facere in pauperes sanctoz. Sic etiam corinthȳ in achaia erāt: vt ait Hieronymus in argumēto super epistolaz ꝑmam ad corin. z tamen Paulus predicauit longo tēpore corinthi. scripsit eis duas epistolas. Jtalia quoq3 pertinebat ad Petruz cum transtulerit sedem suam in vrbem rome: z tamē ibi predicabat Paulus: z erant ambo simul tempore Neronis. Et sic Paulus laborauit plus q3 alī apostoli: q3 in plurib⁹ prō uincīs predicauit: z plēs ad xp̄m conuertit: sicut ipse dixit. Plus ego oibus laboraui non ego: sed gratia dei mecū. p̄ª corinthi. xv. ¶ Scōa causa recedēdi de iudea fuit incredulitas iudeoz. Nam postq3 conuersi fuerūt multi de iudeis ceteri obstinati sunt effecti. Et ꝙ predicaret eis nolebāt credere: sed potius persequebant predicantes. Et tunc deus reuelauit apostolis q recederent de iudea. Sic enim dicitur actuū. xiij. q dixit Paulus iudeis. Vobis oportebat ꝑmuz loqui verbum dei. Sed quoniā repulistis illud: z idignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gētes. Sic enim precepit nobis deus. Et tunc posite fuerunt sortes: vt supra dictum est: nec mansit aliquis apostolus in iudea nisi Jacobus minor: qui longe ante ꝫ fuerat constitutus episcopus hierosolymitanus.
2ª causa. ¶ An necessarium fuerit q euangelium scriberetur ꝓpter hereticos. Quō. v.

Questio. v.

Queritur vlterius an euāgeliū fuerit necessariū q scriberetur ꝓpter hereticos: vt hic dicitur. ¶ Ad intelligentiā huius considerandū q heresis circa fidē est duplex. Quedam vocatur infidelitas: quedaz heresis. Jnfidelitas est in eis qui fidē non recipiunt: sed negant esse verum id qō in libris sacris asseritur. Et ꝫ accidit dupliciter. Uno modo in illis qui extra fidē nati sunt: vt iudei: saraceni: pagani. Alio modo quātum ad eos qui aliquādo crediderunt: sed postea a fide recedūt per apostasiam: sumendo ritū iudaicum vel machometanū: vel si nullus eorū accipiendo vellint negare aliqō eorum que in sacris libris traduntur dicentes scriptorē mentitum vel potuisse mentiri. Et ista apostasia est grauissimū peccatorum. ¶ Heretici sunt qui nihil negāt de libris sacre scripture: s3 ipsos libros peruerse intelligendo causant cōclusiones erroneas cōtra doctrinā vniuersalis eccl'ie: z dicunt illas conuenire magis sacre scripture z veritati q3 id qō tenet eccl'ia. Et sic est i eis error: q3 male intelligunt. Et est pertinacia: q3 praue intellecta obstinate cōtra totam ecclesiā defendunt. Et istud 2ᵐ est ꝓpie de ratione heretici. Nam si quis erret etiā in multis dū tamen non pertinaciter defendat hereticus non est.
ꝫ Hic autē cum dicitur q euangelium fuit necessariuz ꝓpter hereticos potest large accipi hēsis tā prō infidelitate z apostasia: q3 prō heresi stricte sumpta. ¶ Nam contra oēs istos fuit necessariū scribi euangelium. De infidelibus patet: qa illi videntes fidē christi valde crescere z templa sua destrui: calūniabantur multa contra fidem. Prō qbus fuit necessa-

A Rñsio ad q̄stū qō is

hēsis duplex.

Hereticus qs sit.

B Nece fuit scribi eua.

ꝑma rō.

ꝑma oppō

riū euangeliū. Sicut patet de porphirio ⁊ alijs qui dicebāt q̄ christus non erat deus: nec volebat predicare se eē deū:
Scōa oppō discipuli tamen eius vt eum honorarent dixerūt ħ. Et dixerunt q̄ christus non iusserat idola destrui: ⁊ vnicum deum coli. Q̄ cum esset vir sapiens nullum deor̄ coli vetaret. ſz
Ctia oppō. q̄ finxerunt ħ discipuli sui: ⁊ maxime Petrus. Etiam dixerunt q̄ christus scripsit quēdam liborum petro ⁊ paulo discipulis suis: in quo continebantur artes ille per quas ipe fecerat miracula. De hijs Augusti. lib. p̄. de concor. euangelistarum. Jsta nos nesciremus repellere: nisi cōstaret nobis
C de gestis christi per euangeliū. ¶ Primum patet esse falsuz
Jmprobaf pma oppō. q̄ christus dixit se esse filium dei: ⁊ voluit ostendere ex operibus q̄ erat deus. Jo. v. ⁊ voluit q̄ predicaref esse deuz cū dixit q̄ baptiçarētur omnes homines in. n. p. ⁊ f. ⁊. ſ. ſ. mat. 18. ¶ Secūdum patet esse falsum: q̄ christus vetuit coli
Jmprobaf Scōa oppō. idola ⁊ omne aliud preter deum vnicū. Matthe. 4. Quando dixit ei diabolus q̄ adoraret eum. Ille ait. Scriptum est
Jmprobaf tertia oppō Dominum deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies. ¶ Tertium patet esse falsum. Nam Paulus nunq̄s fuit discipulus christi viuentis: q̄ post mortem christi Paulus conuersus est. actuū. 9. Propter istas ⁊ similes calūnias infideliuz necesse fuit scriptum esse euangeliū. ¶ Quarto propter calū-
Scōa rō. niam quam faciebant de moribus christianor̄ dicentes eos pessimos viros ⁊ inhumana flagitia cōmittere comedendo homines. Ad ħ sicut calūniati sunt infideles cōtra xp̄ianos apud lugdunū in francia: ⁊ occisi sunt multi de christianis. vt patet lib. v. eccl'iastice hist'orie. Et ob ħ dicebāt legē christianorum esse imundam ⁊ pessimaz. ⁊ non esse tolerādaz in orbe. Jstas calūnias sepe faciebāt infideles contra xp̄ianos: vt inuit beatus Petrus. j. pet. 2. ſ. Conuersationem vestram inter gentes habētes bonā. vt in eo q̄ detractant de vobis tāq̄s de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerantes glorificent deū. ⁊. j. Pe. 3. ſ. Cū modestia ⁊ timore conscientiam hñtes bonam. vt in eo q̄ detrahunt de vobis confundant̄ qui calūniantur vestrā bonā in christo cōuersationē. Ut ergo non haberent locū iste calūnie: oportebat ostendi legem xp̄ianorum esse mundā: rationabilem: ⁊
Tertia rō. honestissimam. Et ħ non poterat fieri nisi per euangeliū in quo est lex nostra. ¶ Tertio fuit necessariū propter infideles vt conuerterent̄ ad christum. Q̄ō fieri non poterat nisi predicādo eis facta xp̄i. ſ. quid credendū esset: ⁊ quare credē dum esset. ſ. q̄ christus qui illa dixit erat deus. ⁊ ħ probaba
Quar. rō. tur ex opibus eius. Jsta aūt oia sunt in euāgelio: ideo oportebat illud haberi ꝓpter infideles. ¶ Quarto cōueniebat ħ pp apostatas a fide. Nā per euangeliū apparet que est fides illa a qua recesserūt. Si aūt non esset euangeliū dicerēt christianos tenere errorē in fide ⁊ iniquitatē in moribus: ⁊ ob ħ recessisse a ritu eor̄. Et cū xp̄iani dicerēt illud esse fſz: calūniarētur apostate: ⁊ nō appareret an iuste deseruissent cultum. Nunc aūt cum in euangelio sit credendū: ⁊ qd agē
E dum sit xp̄iano constabit de apostata: qd est q̄ reliquerit.
Quita rō. ¶ Quinto erat necessariū pp hereticos ꝓprie sumptos: q̄ illi conant̄ omni tēpore cōtra catholicā eccl'iaz. Et si euāgelium nō esset scriptū ad defensionem error̄ suorum: dicerēt xp̄m aliter predicasse q̄s eccl'ia nūc teneret. Cū vero euāgelium nunc scriptū est: nō est locus calūnie: cum ꝓstet illud euangelium mansisse a p̄ncipio eccl'ie: ⁊ illud p̄dicasse apostolos. ⁊ totā eccl'iam susc̄episse. Q̄ō aūt calūniarent̄ ħ heretici si non esset euangeliū scriptū p̄z: q̄ alias maiores calūnias faciunt. Nā ad defensionē error̄ suorū ēt aliqua falsa euāgelia noie apostolor̄ scripserūt: in q̄bus errores suos inseruerunt: vt tangit hiero. j. in prologo qui incipit. Plēs fuisse: ⁊ fuit necessitas pp duo. Primo ad cōuincendos hereticos falsa tenere ex ipso textu euāgelij. Scōo ad defendendum fidē catholicā q̄n vellent illā impugnare asserēdo dogmata sua vera esse: ⁊ nos falsa sentire.
Qō. vj. ¶ An non existentibus hereticis fuit necium euangelium
A propter credentes. Questio. VI.
Rñsio ad q̄stū qōis. **Queritur** vlterius an non exñtibus hereticis fuit necium euangeliū pp credentes.
Necē fuit scribi euā ¶ Dicendū q̄ sic. ¶ Primo pp memoriā: q̄ per longa tpa quibus durabit eccl'ia si nō fuisset euangeliū scriptum iam
B oblioni traditū esset. Sic dixit hic hiero. q̄ Matthe. euā
Prima rō. gelium fribus ad memoriā reliquit. ¶ Scōo ad deuotionē
Scōa rō. nram mouendam. Naz si nos nesciremus facta xp̄i dato q̄ crederemus in eum non toto affectu incitaremur: sicut nūc cum gesta eius legimus que magnifica sunt. ¶ Tertio pp
C doctrinam mor̄: q̄ xp̄s non solum oñdit nobis qd credendum esset: sed ēt qd agenduz. Et ista in euangelio tradunt̄.
3ª ratio. ¶ Quarto pp tollenda dubia: q̄ etiā inter credētes dubia
D multa orīri p̄nt tā de fide q̄s de opationib⁹: nisi eēt euāgeliū
4ª rō. in quo certificamur de hijs que sunt maxime necessaria.

¶ Cū aūt plures euāgeliuz scripserint. quattuor tantum hñt auctoritatis testimoniuz: quia p quattuor mundi ptes fidem nunciant trinitatis: ⁊ sunt quasi q̄ttuor rote in quadriga dominī: que vehit eum per predicationē euangelij: ⁊ genus hūanuz quadrifida morte pemptū: eor̄ erat p̄dicatiōe viuificandū: vñ ⁊ alior̄ euangelia deciderunt nec recepta sunt: quia nolebant prefinituz numerū cassari propter virtutem sacramenti.

A ⌊ ¶ Cum aūt plures ⌋. hic ponit 2ᵐ. i. de numero euangelior̄ quare sint q̄ttuor ⁊ nō plures: ⁊ dī ⌊ cū autē plēs euāgelium scripserint ⌋. ſ. multi preter istos q̄ttuor. Nā fuit vnū euangeliū qd vocabaf egyptior̄: ⁊ alia fcā ab hereticis sub
Expō littere. noibus apl'orum. ſ. Matthie: Thome: ⁊ Bartholomei: ⁊ singulorum alior̄: ⁊ euāgelium Basilidis: ⁊ Appelles: ⁊ Esichij: ⁊ Luciani: ⁊ alior̄ multorum. vt ait hiero. j. in ꝓlogo qui incipit. Plēs fuisse. ⌊ q̄ttuor tm̄ auctoritatis hñt testſſ monium ⌋. i. licet multi scripserint euangelia: non daf oib⁹ auctoritas: sed solis q̄ttuor. ſ. quattuor tm̄ habent testioniū auctoritatis. i. eccl'ia de solis quattuor testificaf q̄ habeant auctoritatē ad ħ q̄ eis credaf. Uel quattuor hñt auctoritatis testimoniū. i. habēt auctoritatē testificandi de oibus. Et vtrunq̄ est verū. ⌊ q: per q̄ttuor mundi ptes ⌋. hic ponunt cause quare solū recipiūt q̄ttuor: ⁊ sunt q̄ttuor cāe. ¶ Pri- B
ma est q̄ euangeliū predicandū erat per q̄ttuor ptes mūdi. ideo q̄ttuor euangelia esse deberent. Non est tm̄ intelligēdū q̄ p:o q̄libet parte mundi esset vnū euangeliū: q: oia quattuor euangelia recipiunt in quacūq̄ parte mundi vbi eccl'ia est. Scōa rō figurabilis. Ex quadam similtudine sunt iste partes: oriens: occidens: septētrio: meridies: que sunt quattuor puncta celi opposita. ⌊ fidē nūciant trinitatis ⌋. Nō soſſ lum annunciaf in euangelijs fides trinitatis: sed etiā fides omnium articulor̄ pertinentium ad humanitatē xp̄i: ⁊ oia que in ipsis euangelijs hñr per totum orbez nunciaf. Sed hiero. dixit ħ alludēs dicto Mar. 16. ⁊ Mat. 28. vbi fit mētio de euāgelio diuulgando per orbē ponit imediate articulus de trinitate psonar̄ cū dī ite in vniersuz mūdū: ⁊ predicate euāgeliū oi creature: ⁊ Matthaeus magis addidit dicens euntes ergo docete oēs gentes baptiçantes eos in nomine p̄ris ⁊ filij: ⁊ spūs sancti. ⌊ ⁊ sunt q̄si quattuor rote in q̄driga dñi. ⌋ Jsta est scōa causa figuralis: vt itelligam⁹ xp̄m per predicationē portari per totū orbē in vna q̄driga q̄ttuor rotar̄. ⁊ sunt iste q̄ttuor rote quattuor euāgeliste: q: p predicationē q̄ttuor euangelior̄ xp̄s per totū orbem vehit: ad ħ q̄ fm fidē ab oibus gentibus suscipiaf: ⁊ oēs qui credere incipiunt in cordibus suis. Et dī in eis tunc formari sic̄ fetus formaf in vtero: iuxta illud. Filioli mei quos ego iteruz parturio donec formef in vobis xp̄s. i. formef fides eius in cordibus vr̄is. Et vocaf ista q̄driga dñi: q: dñm portat p orbem. Et ea q̄driga intelligūt quidaz q̄ hr Abachuc. 3. ſ. ga ascēdens sup equos tuos: ⁊ q̄drige tue saluatio. i. salus est in q̄driga tua: q: non p̄t aliquis saluari sine fide quattuor euangelior̄ que vocant̄ ħ q̄driga. Sed iste sensus est mysticus: q: fm lr̄az intelligit̄ de veris q̄drigis: vt ibi dicef. ⌊ que vehit eū per predicationē euangelij ⌋. i. Jsta quadriga vehit xp̄m per oia loca in quibus predicaf euangelium: q: itantū xp̄s cognoscit: inquātum euangeliuz enūciatur. ⌊ et genus humanū perierat ⌋. quadruplici morte: ideo erat per q̄ttuor ſſ euangelia viuificandū. ⌊ quadrifida morte peremptum ⌋. i. quattuor generibus mortis. Que autez sint iste dicetur. j. in quadā questione. ⌊ eorum erat peedicatione viuificādū ⌋ quia genus humanū q̄d p̄ius erat mortuuz nunc suscepto euangelio viuit liberatū ab isto quadruplici genere mortis. Quomodo hic sit: dicef. j. in quadā questione. ⌊ vñ ⁊ alior̄ D
euangelia deciderunt ⌋. i. ꝓpter istas causas dictas euāgelia oium aliorum que fuerunt scripta post ista q̄ttuor deci-

derunt

derunt.s.ab auctoritate ⁊ honore qui nullus eis exhibetur imo anathematizata sūt: ⁊ oia ḃ eccl'ia abiicit: vt p3 in dec. di.15.c.sancta romana. ⌊ nec recepta sunt ⌋.i. non sunt recepta ab eccl'ia:ad ḃ q̄ ponerent in canone librorū noui testamenti:scut ponunt ista quattuor. Nec vlla eis adhibetur fides:lz essent in eis multa vera:q; nolebant prefinitū numerum cassari.i.q; nolebat eccl'ia destrui istum numerus quaternarium precisum:qđ fieret si plura euangelia reciperent ⌊ ppter virtutes sacramenti ⌋.i.propter virtutē significationis.s.q; quaternarius signabat q̄ttuor partes mundi: ⁊ q̄ttuor rotas quadrige: ⁊ quattuor genera mortis ꝼm applicationes positas in littera. Si aūt eēnt quinq; vel sex:aut plura euangelia non conuenirent illi numero: ad significandum ea que significata sunt per quaternariū. Dr̄ sacr̄m sacre rei signum. Et q; per quaternariū significabat quadriga domini. ⁊ alie res sancte:ista significatio numeri vocatur sacr̄m.

¶ An isti qui scripserunt euāgelia post q̄ttuor euāgelistas peccauerunt scribendo. Questio. VII.

Q̄ō.7. **Queritur** circa predicta an isti qui scripserūt euāgelia post q̄ttuor euāgelistas peccauerunt scribendo. Aliquis dicit q; non:sed q; potius merebātur:q; eccle.24.dicit sapientes qui elucidant me vitā eternā habebunt: ⁊ intelligit de elucidatione sacre scripture. Multitudo tamē librorum facit ad magis intelligendū scripturā cum quilibet addat'super alios: ergo scribi multa euāgelia vtile erat. ¶ Secūdo q; sicut ait Salomon. Multitudo sapientium sanitas est orbis terre: sed qui libros scribit potissime in sacra scriptura addit sapientiam: ergo salus ē vniuersi. ¶ Dicendum q; isti peccabant grauiter scribēdo euāgelia:licet non omnes equal'r:q; non eadem intentiōe:nec obseruabant eadē omnes:tñ peccabant. Primo q; ml'ti eorum apponebant falsa in euangelijs. ¶ Secundo q; conabantur vsurpare sibi auctoritatem assumpto falso nomine. Nam ex nominibus singulorū apostolorum euangelia scripserunt. ¶ Tertio q; faciebant hoc intētione fallendi eccl'siam.s.vt putaret eccl'ia vera esse euāgelia: ⁊ susciperet illa: ⁊ sic cogeretur suscipere errores hereticorū. Ista autem est pessima deceptio:qñ quis alium sub specie religionis fallit: q; simulata sanctitas duplex est iniquitas: vt ait Hieron'y. ¶ Quarto q; dabant occasionē faciendi scismata ⁊ ꝓcreādi hereses in ecclesia.vt ait Hiero.ſ.in prologo qui incipit. Plures fuisse.s. ⁊ perseuerantia vsq; ad presens tps monimenta declarant:que diuersis auctoribus edita diuersarum heresum fuere principia. ¶ Quinto q; isti ausi sunt addere aliquid in sacra scriptura. Nam apposuerunt pl'iq; eorum in euangelijs suis multa que non habebant in q̄ttuor euāgelistis. Et iste est grauissimus error:q; soli spiritui sancto lz aliquid addere in libris sacris: cum eo dictante omnes illi scripti sint ꝼm Pe.p. Et ob ḃ deus valde vetuit apponi quicquā in libris sacris vel minui ex eis deuteronomij.4.s. Nō addetis ad v̄bum qđ ego vobis loquor:nec auferetis ex eo. Et ponit deus multas maledictiones super addētes aliquid aut detrahentes sacre scripture apocalypsis. 22.s. contestor ego omni audienti v̄ba libri prophetie huius:si quis apposuerit adḃ: apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si diminuerit de verbis libri huius: aufert deus partem eius de libro vite: ⁊ ciuitate sancta. A fortiori ergo magis peccaret addens aliquid vel subtrahēs euāgelio: q; maius preiudiciū est tolli aliquid de euangelio q̄ꝫ de apocalypsi:cū tota fides sit in euangelio ⁊ tota regula viuēdi. In apocalypsi autem nō est aliquid de fide:nec de preceptis viuendi:sed sole reuelationes de statu eccl'ie. Unde nō est aliquis liber minus necessarius inter libros noui testamenti. 6° ¶ Sexto peccabant q; sumebant sibi officium ⁊ honorem magnum quem nullus per se accipere deberet:cum deus illum det: ⁊ nō possit aliter haberi. Patet ad hebr.5.scilicet. Nemo indifferenter sibi assumat honorem:nisi qui vocatus est a deo tāq; aarō. Sic autem est de officio euangeliste: q; est quidā honor magnus ⁊ dignitas.s. q; libro suo fides indubitata adhibeatur. Ideo a solo deo datur homini iste honor. Q; sicut nemo potest esse prophetа nisi deus illum fecerit nec quisquā est apostolus nisi christus illum miserit:ita nemo est euangelista nisi deus illū fecerit euangelistam. Un deus dicit ponere vel dare euangelistas in eccl'ia ad ephe. 4.s. Et ipse dedit quosdam apostolos: ⁊ quosdam ꝓphetas: alios vero euangelistas. Peccabāt ergo isti facientes se euāgelistas cū non esset:sicut peccat qui dicit se esse ꝓphetam a deo missum cū non missus fuerit. Istam rationem ponit Hieronymus.i.in prologo qui incipit. Plures fuisse. ¶ Ad p^m in contrarium dicendum q; illud intelligit de illis qui ōclarant scripturā cū dicatur qui elucidant me: secus de illis q; apponunt aliquid scripture tāq; illud sit pars: ⁊ sic a spiritu sancto sicut reliqua scriptura:q; isti sunt maledicti a deo facientes quātum in se est mentiri spiritū sanctū. Ideo veniūt super eos plage apocalyp. 22. ¶ Itez isti non elucidabant: q; scribebant euangelia sicut quattuor euāgeliste. Un non declarabant euangelia:sed ea superflue multiplicabant: q; nihil ipsi dicebant vltra quattuor euāgelistas nisi cū interponebant aliqua falsa vel omnino dubia. Et illud non erat declarare:sed peruertere. ¶ Ad scōm dicendum q; multitudo librorum istorum non addebat sapientiam: sed potius confundebat eam:q; tollebat certitudinem sacre scripture ⁊ auctoritatem. Nam cum ipsi scripsissent aliqua falsa.si ponerentur in canone sua euāgelia cuz inueniretur illa falsitas: essent omnes libri sacre scripture suspecti de falsitate: ⁊ non daretur eis fides nec vlla auctoritas.

¶ Quomodo quatuor partes orbis per quas diuulgāduz erat euangeliū accipiantur. Questio. VIII.

Q̄ō.viij. **Queritur** vlterius de istis quattuor ptibus orbis per quas euangelium diuulgandum erat quomodo accipiātur. Nam si diuidatur terra in quattuor partes non est verum q; per omnes illas fuit euāgelium predicatum:q; maxima pars illarum non habitatur. Si accipiātur quattuor partes pro q̄ttuor punctis celi: nō est etiam verum:q; licet euangelium fuerit predicatum ad orientem:occidentez: ⁊ aquilonem non potuit predicari ad meridiem:cuz nulla pars meridiei habiteť:q; pars meridiana est vltra equinoctialez longo tractu terrarum ex pte aq̄lonis desinit habitatio humana propter calorem. ¶ Dicendum q; quidam diuidunt orbem.i.terram in quattuor partes per duos articulos de maioribus intersecantes sup eaz ad angulos rectos:vt si equinoctialis ⁊ orizon rectus se intersecent super terrā manet ex eor̄ intersectione terra diuisa in quattuor quartas:quar̄ due sunt super orizontem: ⁊ due.ſ.orizontem: ⁊ est longitudo cuiuslibet istarum ab oriēte vsq; in occidentē. Et isto modo non p̄t hic accipi:q; vnica de istis q̄ttuor quartis habitatur.s. aquilonaris que est super orizontem: ⁊ adhuc non tota. Et sic euangelium per vnicam mundi partē esset predicandum. Aliter diuidit terra in quattuor partes per tres articulos de maioribus.s.equinoctialez:orizontem: ⁊ meridianuz intersecātes se. Et tunc manent quattuor quarte sup orizontez. ⁊ quattuor ſ.orizōtem. Et vocarentur sic quattuor partes mundi q̄ttuor quarte que sunt.s.orizontem. Nam de inferioribus nihil ad nos pertinet: ⁊ tūc longitudo cuiuslibet quarte nō esset ab oriēte in occidentē:q; illa longitudo diuideretur per mediū circulum meridianum:ita vt inciperet vna quarta ab occidente ex parte aquilonari: ⁊ peruenire vsq; ad locum vbi europa distinguitur ab asia: ⁊ alia inciperet inde ⁊ tēderet vsq; ad orientē. Et ita esset de alijs duabus quartis ex parte meridiei. ¶ Sed dicendum q; adhuc non stat sic: q; ḃ modo solum habitantur due quarte que sunt ex parte aquilonis: ⁊ in eis sunt iste tres partes mundi.s.europa: affrica: asia: ideo non extenderetur euangelium per q̄ttuor partes mundi. Dicendum q; accipiuntur ḃ quattuor partes orbis.i.terre habitate.s.q; vna quarta terre q̄ habitať diuidať in quattuor partes mundi. Sic accipit Ptolemeus in quadripartito: ⁊ omnes astrologi iudiciarij.quādo dicunt quedam signa orientalia:alia occidentalia:alia aquilonaria: alia meridiana. Et per ḃ distribuūt ea diuersis gentibus in terra habitabili. Et sic vulgariter in terra habitabili dicimus terraz orientalem que magis propinquat orienti: ⁊ occidentalē q̄ magis appopinq̄t occidenti: ⁊ ita de aqlonari ⁊ meridiana.

¶ Que sunt quattuor gña mortis qbus humanuz genus erat q̄drifaria morte peremptum. Q̄ō. IX.

Queritur vlterius cuz dicatur q; genus humanum erat quadrifida morte pemptuz que sunt ista quattuor genera mortis. ¶ Dicendum q; ocs doctores cōcordāt in tribus generibus mortis. ¶ Quartū autem raro ponitur: ⁊ non idem apud omnes. ¶ Prima

B Rñdeť prime oppōni

L Rñdeť secūde opōni

A Rñsio q̄stiōis.

A Rñsio q̄stiōis. Peccabāt scribentes euāgel. post q̄ttuō euāgelistas

ꝑa oppō

ꝑa rō

scōa op.

scōa rō.

3ª ratio.

Sil'ata scitas duplex est iniqtas

4ª rō.

5ª ratio

B Rñsio auctoris.

Improbat rñsio ꝑdcā.

A Rñsio q̄stiōis. Diuisio.

Q̄ō.ix.

A Rñ.ad q̄stiōis. Triplex mortis genus vel:quadruplex. ꝑmū genus mortis.

est mors nature. scōa est mors culpe. tertia est mors gehenne. Et in hijs concordant: q3 omnes has videtur nominare scōs genus scriptura. ¶ De prima notum est: vt cū dicitur de aliquo q3 mortuus est intelligitur de naturali: q3 est cōmunis oibus 2° regum. i4. s. Omnes morimur: ꝛ quasi aqua labimur.

¶ De tertia patet sapientie. p̄. s. Deus mortem non fecit. Et intelligunt h̄ plurimi de morte culpe: q3 illa non facit deus: cum deus non cooperetur ad culpam: cum non dicaī actor mali. s. mali culpe: secus est de malo pene. ¶ De tertia patet tertiū gen⁹ ad roma. 6. s. stipendia pcti mors. i. Mors eterna est: que datur p̄o peccato. Sed etiam. Osee. i3. Ero mors tua o mors. morsus tuus ero inferne. Et intelligūt illā mortem esse eternam: q3 coincidit cum inferno. ¶ De quarta est diuersitas. q̄rtū gen⁹. Quidam dicunt esse mortem gr̄e qua aliquis cessans a peccatis per gratiam videtur manere mortuus. s. non operans illa que p̄ius operabatur. Sic accipiī ad colo. 2°. s. Si mortui estis cum christo ab elementis huius mūdi. Dicitur homo mortuus cum christo: q3 propter christum mortitur. s. abstinens se ab operibus huius mūdi in quibus delectabaī. Et ista potest vocari mors peccati vel gratie. Mors quidez peccati p̄oprie q3 peccatum. i. desiderium peccandi moritur in nobis. Sic accipitur ad ro. 6. s. Ita ꝛ vos existimate vos mortuos esse peccato viuentes ante deū. Et sequitur. Non igitur regnet peccatū in vestro mortali corpore: vt obediatis concupiscentijs eius. i. Postq̄ peccatum semel in vobis mortuū est: non debet regnare. Non potest accipi h̄ mors sic: q3 dicitur q3 a morte quadruplici liberamur per euangelium: ꝛ tamen ab ista quarta morte non oportet nos liberari: q3 bona est: imo semper debemus esse mortui peccato per gratiam: vt admonet apostolus ad roma. 6. ¶ Item q3 dicī hic q3 genus humanum erat peremptum quadruplici morte: ꝛ tamen ista quarta mors non erat in hominibus quando christus venit: q3 non erant mortui peccato: sed potius viuebat peccatum in eis: vt declarat apostolus ad roma. 6. 7. ꝛ christus non venit ad liberandū nos ab ista morte: sed potius vt cū eo moriamur peccato. ¶ Alij accipiūt mortem quartam. s. mortem ignorantie: q3 ignorātes velut mortui sunt. Et licet iste modus non sit in scriptura vsitatus: poterat cōuenire in p̄senti. s. q3 genus humanum erat mortuus per ignorantiam ante christi aduentum: q3 nemo illis p̄dicauerat p̄cepta vite. Unde ipsi dicebāt se fuisse ociosos vsq3 ad horam vndecimaz. i. vsq3 ad christi aduentuz: q3 nemo eos conduxit. i. nullus per doctrinam spūalem eos ad bona opera incitauit. Matthe. 20. Christus autez liberauit eos ab ista morte per euangelium. s. q3 p̄dicato euangelio per totum orbem. Marci. 16. ꝛ Mat. 24. totus orbis cognouit p̄cepta vite: ꝛ liberati sunt ab ignorantia qua tenebantur. ¶ Aliter potest accipi mors p̄o morte ciuili. Uocāt autem iura mortem ciuilez: vt seruitutem: exiliuz: priuationem honoris: separationē a cōicatione hominū. ꝛ sil'ia. que iterdum vocantur capitis diminutio. Et vere ista mors erat in genere humano: q3 p̄opter peccatum erant serui diaboli: ꝛ habebat diabolus magnā potestatē sup eos. Et ista fuit ablata per xp̄i mortez: q3 ligatus est sathanaz. apocaly. 20. Erat etiā in hoibus exilium: q3 pp peccatū exulauerunt a paradiso terrestri. gen. 3. Erat. n. priuatio cōionis: q3 ls angeli boni ꝛ hoies debeant esse cōcives regni celestis: fuerant p̄uati hoies cōicatione angelor̄. s. q3 angeli non respiciebāt homines tāq3 equales sibi ꝛ conciues: sed tāq3 minores ꝛ seruos: ꝛ permittebāt se ab eis adorari: exhibēdo eis magnam reuerentiā. Et tm̄ post mortem xp̄i non fuit sic: q3 angeli nō permittunt se adorari ab hoibus: iam iudicantes se eis esse equales. vt patet de btō Joāne apoca. 19. ꝛ. 22. cū btūs Joā. cecidit ad pedes angeli vt adoraret eū. ꝛ dixit vide ne feceris: cū seruus enī tuus sum ꝛ fratrum tuor̄ hēntium testimoniuz Jesu. Iste modus cōuenit hic: ꝛ accipiī sic aliq̄n in scriptura: sicut dī Ysa. 6. s. in anno in quo mortuus est rex Ozias: ꝛ tm̄ non accipiī ibi mors nisi p̄o p̄cussione lep̄e: vt ibi ab oibus p̄obaī ꝛ tenet. Uocabaī tm̄ mortuus ciuil'r. s. q3 pp lep̄a exclusus fuit a cōicatiōe hominū: ꝛ cessauit gubernare regnū: sed filius eius Jobatā gubernabat regnū. 4. regū 16. ꝛ 2. palipo. 26. ꝛ istud p̄cordat hic intētioni Hiero.

¶ Quomodo genus humanū fuit liberatū a quadruplici morte per euangelium.

Queritur quō genus humanū fuit liberatum a q̄druplici morte p̄ euāgeliū. Et videt q3 nō fuerit liberatū. ¶ Primo p3 q3 a morte nō liberamur nisi per mortē xp̄i: q3 si per euāgeliū vel al's potuissemus cō uenienter liberari vel liberaremur: supflue xp̄s moreretur. ¶ Scōo p3 q3 mors nāe est p̄ma mors: ꝛ ab ista nec p euāgelium: nec per mortē xp̄i. nec al's liberamur: cū semper maneat nobis necītas. moriendi. ¶ Tertio q3 a morte scōa. s. culpe nō liberamur per euangeliū: sed solū per gr̄az que opponit culpe: vel per p̄tritionē effectiue: q3 facit nos liberari a reatu manente post culpā. Et nihil facit in h̄ euāgeliū. nā etiā añq̄ esset euangeliū liberabanī hoies a morte culpe p gr̄am ꝛ p̄tritionē. ¶ Quarto q3 a morte. tertia q̄ est eterna euangeliū non liberat: q3 qui semel eternal'r moriī nūq̄ inde liberaī: cū in inferno nō sit redēptio. Si aūt accipiaī liberari a morte eterna. i. facere q3 nō incurrat hō in illā. non fit h̄ per euangeliū: sed per charitatē: ꝛ ēt fiebat ante p̄dicationem euangelij: q3 al's oēs perirent eternal'r. ¶ Quinto q3 a morte ciuili. i. exilio nō liberat nos euāgeliū: q3 pp peccatū exulauimus a paradiso terrestri. ꝛ nūq̄ illuc redituri sum⁹. ¶ Dicendū q3 per euangeliū liberamur a morte quadrupli ci noiata: vt ait Hiero. q3 euangeliū annūciat nobis istaz liberationē indicādo morte xp̄i: ꝛ significādo q3 per illaz fuimus redēpti. Et nulla scriptura potuit h̄ indicare ante euāgelium: q3 ls ꝓphete p̄edixissent xp̄m vēturū ad redimendum seculū: non tm̄ ostendit in eis q3 venerit: ꝛ sic nō demōstrat solutū p̄tiū: ꝛ dant vobis spē sed nō rem. Euāgeliuz aūt annūciat nobis xp̄m venisse: ꝛ p̄o nobis passuz: ꝛ nos redemisse ab oi delicto quo tenebamur. Jō euangeliuz est p q3 genus humanū viuificaī. i. viuificatū oñditur. ¶ Ad p̄mum p3 ex dictis. s. q3 verū est q3 per xp̄i mortē solū redēpti sumus ab oi debito: ꝛ non per euangeliū nec per aliqd aliō Euangeliū tm̄ nos viuificat nō effectiue: sed indicatiue. s. in dicando quō per xp̄i mortē fuimus liberati. ¶ Al'r dici pōt q3 per euangeliū viuificamur: q3 ls mors xp̄i sit per quaz vere viuificamur: illa tm̄ indifferenter se h̄z taz ad bonos q̄z ad malos: q3 oēs possunt p illā saluari. Ad h̄ ergo q3 mors xp̄i p̄ficeret quibusdā ꝛ non alijs: oportuit esse aliqd p q3 fructus illius mortis applicet quibusdā ꝛ nō alijs. Et istō est fides de ipsa morte: ꝛ charitas fm quā manemus copulati xp̄o. fidē tm̄ non possimus hēre nisi per p̄dicationē euangelij ad ro. io. q3 ibi p̄tinet tota fides. charitatē aūt nō possum⁹ hēre nisi fecerimus oia que xp̄s nobis mandauit. Joā. i5. s. Si p̄cepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. Sed ista p̄cepta p̄tinentur in euāgelio: ergo sine euangelio non est vita: q3 sine illo nō pōt hēri fides ꝛ charitas per que viuimus. Et sic euangeliū viuificat. ¶ Ad scōm dicendum q3 a morte nāli non liberamur per mortē xp̄i nec p euāgelium: ita q3 per susceptionē euangelij mortuo xp̄o soluamur a debito moriendi: q3 tunc lex xp̄i non esset ad merēdū per illā: sed esset terminus felicitatis. q3 imortalitas quedaz pars eterne felicitatis est: ꝛ h̄ est contra nām legis: q3 nulla lex est finis: sed dirigit actiones hoium in finē. Ideo quādiu durat lex xp̄i non dz homo esse imortalis: sed dicitur homo per euangeliuz viuificandi: q3 in eo decl'atur quomodo ista mors tēporalis aliq̄n cessabit. cum dī q3 boni ibunt in vitaz eternam. Matthe. 25. Et tamen vita eterna excludit omnē mortē cū dicat duo. s. vitā indeficientē ꝛ p̄tinuaz delectationem. Et destruet tunc mors nālis. i. obligatio ad moriēduz s. q3 in nullo hoie. imo in nulla re manebit necessitas mortē di: sic dicit apl's. j. corin. i5. q3 nouissime inimica destruetur mors. i. non erit vltra mors. ꝛ iterum ibi. s. Cū mortale hoc iduerit imortalitatē: fiet sermo qui scriptus est. s. absorta est mors in victoria. ¶ Ad tertiū cum dicī q3 non tollit mors culpe per euangeliū dicendū q3 tollitur culpa. i. reatus manens ex culpa per contritionē ꝛ gratiaz: ꝛ tamen h̄ p̄tinet ad euangeliū. Modus autem est: q3 vt remittaī peccatum opz hominē agere qō in se est per contritionē dolēdo de cōmisso. Et tunc deus infundit gratiaz: ꝛ formatur ille motus atritionis: ꝛ vocatur contritio: ꝛ tunc peccatuz remittitur. deus tm̄ non infunderet nobis gr̄am nec acceptaret nos nisi p̄o illo peccato sibi satisfieret. Satisfactio aūt fieri nō pōt per aliquē hoiez nisi p xp̄m: iō deus nūq̄ remittēt hoi petm̄ nec infunderet gr̄am per quā hoiez acceptat in amicuz: nisi satisfieret maiestati sue de offensa cōmissa: qō sufficienter fit

per

Qō. x.

Opp. p̄

Oppo. scōo.

Opp. 3°

Oppo. q̄rto.

Oppo. quinto.

A Rñsio ad q̄stū qōis p̄ima.

B Rñsio ad p̄mā oppōez p̄ima.

C Rñsio scōa ad idem.

D Ad 2am oppōez

E Ad 3am oppōez

B Mōs ignorantie.

Mors ciuilis.

per mortem xp̄i. Sed ista mors non annūciatur nobis aliū de q̄ ex euangelio: ideo per euangeliū viuificamur a morte culpe indicatiue. s. q̄ h̄ indicat nobis. Cum vero dī ꝙ ante xp̄i mortem ⁊ euangeliū: fiebat remissio peccatoꝝ. Dicēdū ꝙ siue tunc siue nunc remissio nūq̄ facta est nisi per mortē christi: vt ait Augusti. in ep̄la ad optatū. Q̄ꝛ lꝫ tunc nundū xp̄s esset mortuus: q̄ꝛ tñ deus ꝓordinauerat illum mori pro nobis: acceptabat ex tunc preciū passionis sue: vt per illam nobis infunderet grām remittēdo peccata: ⁊ faciendo nos amicos sibi. Q̄ꝛ tñ realiter nō erat solutū illud preciū: nūq̄ acceptauit nos ad felicitatē ꝑadisi. Et sic sancti viri lꝫ eēnt amici dei manebant post mortē in sinu abrahe: quousq̄ xp̄s mortuus est. Et tunc deus cepit non solū recōciliare sibi viuentes: sed etiā moriētes suscipere ad eternā vitā.

E Rn̄sio ad q̄rtā oppositionem. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ non liberat̄ homo a morte eterna postq̄ eternaliter mortuus est. s. postq̄ est in inferno: sed liberat̄ a morte eterna. i. a debito mortis eterne. Et istud est per christi passionem: de qua per euangeliū cōstat. Et sic illud nos viuificat: vel per illū liberat̄ hō a morte eterna. i. fit ꝙ nō incidat in mortem eternā: quam non pōt euadere nisi per fidē ⁊ charitatē que non pn̄t haberi sine euangelio: vt. s̄. dictū est.

F Ad q̄n tam oppositionem. ¶ Ad quintū dicendum ꝙ homo liberat̄ a morte ciuili que erat sepatio a cōicatione angeloꝝ: q̄ꝛ post mortē xp̄i acceptant nos angeli tāq̄ cōciues ⁊ ꝯseruos suos apoca. 19. ⁊. 22. Etiam tollit̄ seruitus nr̄a ⁊ potestas diaboli sup nos. Et h̄ indicatur per euangeliū Joā. 14. s. Nunc iudicium est mundi: ⁊ princeps mūdi huius eijciet̄ foras siue ex̄ mūdū siue ex̄ potestatē quam hēbat in mundo. Est autē ꝑnceps mundi demon. Nā ipse est rex super oēs filios supbie Job 41. Etiam dī de eo q̄d ligatus est: ⁊ h̄ post xp̄i passionē apocalyp̄. 2. Cum aūt obijcitur ꝙ non tollit̄ exiliū: dicendū ꝙ exulauimus a paradiso terrestri pp̄ peccatū. ⁊ iam nō redimus illuc: sed in meliorē paradisum. s. celestem: q̄ꝛ terrestris paradisus non cōditus est vt hō ibi maneret ꝑpetuo: sꝫ per aliq̄d tp̄s: ⁊ postea transferret̄ in celū: vt tota eccl'ia asserit. Idē sufficiēter reuocamur ab exilio per xp̄i mortē quā nob̄ indicat euāgeliū. Et sic ꝑ illud a morte ciuili ēt viuificamur.

¶ Designātur etiā euangeliste quattuor figuris que non sunt deceptorie: sed iocundi misterij sibi cōscie. Mattheus in homine ītelligitur: q̄a circa humanitatem christi ꝑncipaliter īmoratur. Marcus in leone: quia de resurrectiōe. Lucas in vitulo: agens de sacerdotio. Joānes in aquila scribēs sacramenta diuinitatis.

Exposi tio lr̄e. ⌊ ¶ Designant̄ etiā euangeliste quattuor figuris. ⌋ ¶ Ista est quarta causa quare sunt quattuor euangeliste. s. propter quattuor figuras animalium hominis ⁊ leonis: ⁊ bouis: ⁊ aquile. ⌊ que non sunt deceptorie ⌋. i. iste figure nō decipiūt sed verū est ꝙ signant. vel non sunt deceptorie. i. non sunt

ss inutiles: q̄ꝛ ad significandū misterium ponunt̄. ⌊ sed iocūdi misterij sibi ꝯscie ⌋. i. significant iocūdū misteriū. s. quattuor euangelistas. Que significatio iocūda est. q̄ꝛ est vtilis. Et dī ꝙ sunt sibi ꝯscie. i. intra se occulte tenent istā significationē sic̄ aliquis homo dī sibi ꝯscius q̄n in se aliq̄d secrete scit ꝙ alij non pn̄t probare an sciat vel non. ⌊ Matteus in hoīe intelligitur ⌋. applicat illas figuras ad euangelistas. ⁊ subdit causas applicationis. ⌊ q̄ꝛ circa humanitatē xp̄i ꝑncipaliter īmoratur ⌋. Licet attractet de deitate: magꝭ tñ tractat de humanitate. i. de hijs que pn̄t pertinere ad xp̄m inquātum hō. Sed an h̄ verū sit dicet̄. j̄. in quadā. q. ⌊ Marcus in leone

ss q̄ꝛ ait de resurrectione ⌋. Omnes euāgeliste xp̄i describūt resurrectionē. Attribuit̄ tñ Marco. Sed an ipsi spālius conueniat. j̄. dicet̄. ⌊ Lucas in vitulo agens de sacerdotio ⌋. Vitulus est animal ad sacrificia: q̄ꝛ de q̄drupedibus solū offerebantur in lege tres species. s. vitulus: aries: ⁊ capra: accipiendo masculū ⁊ feminam semper pro vna specie. Nam in toto veteri testamēto nō reperiet̄ aliud q̄drupes aliquādo īmolatū. Et q̄ꝛ Lucas agebat de xp̄i sacerdotio: ꝯuenienter per vitulū signatus est. Q̄ꝛ inter ista q̄ttuor aīalia nullū est ad sacrificiū nisi vitulus. Nam aquila ⁊ leo non solū erant ad sacrificia: sed etiā ad cibū īmunda iudicabant̄ ꝯm legē leui. xi. ⁊ deuteronomij. 14. Christus autē fuit rex ⁊ sacerdos. Nam de eo dī ꝙ est rex regum ⁊ princeps oīum regū terre apocaly. p̄. licꝫ ipse dixerit Pilato ꝙ regnū suū non erat de hoc mundo. Joā. 18. Erat etiā xp̄s sacerdos: q̄ꝛ ex vna parte descēdebat de progenie sacerdotū: nā mr̄ sua erat cognata Helisabet vxoris Zacharie: ⁊ illa erat de filiabus Aaron Luc. p̄. Lucas aūt tractauit de h̄ sacerdotio: ideo ipse solus introduxit Zachariā sacerdotem: ⁊ vxorem suā quā ostēdit esse cognatā dn̄e nostre. Christus tñ vocatur sacerdos in sacra scriptura sub alia intētione. p̄s. 109. s. Tu es sacerdos in eternū ꝯm ordinē melchisedech. Et sic non vocat̄ xp̄s ibi sacerdos inquātū erat de ꝓgenie sacerdotū: q̄ꝛ tunc vocaret̄ sacerdos ꝯm ordinē Aaron: q̄ꝛ de progenie eius erat. Sꝫ vocatur sacerdos: q̄ꝛ instituit nouū sacerdotiū. Et istud est sacerdotium noui testamēti. q̄d non est in obl'one animalium sicut erat sacerdotium aaron: sed in pane ⁊ vino sicut obtulit Melchisedech: de quo dicit̄ ꝙ erat sacerdos dei altissimi gen̄. 18. Vocatur ēt sacerdos ab īmolatione: q̄ꝛ sicut in veteri testamento occidebant̄ animalia pro peccato: ⁊ cremabātur: ⁊ effundebatur de sanguine eoꝝ super altare Leui. 4. ⁊. 5. ita xp̄s seipsum obtulit īmolandū in ara crucis: ⁊ in ea sanguis eius fusus est: sic̄ dicit ap'ls ad hebre. 23. ꝙ christus fuit hostia pro peccato. Et q̄ꝛ hostia ꝓ peccato cremabat̄ ex̄ sanctuariū: imo ex̄ castra xp̄s passus est: ⁊ extra portā vrbis in cāpo. Et istud est verū sacerdotium xp̄i: per q̄d semel īmolatus pro nobis satisfecit pro oībus peccatis. Ideo apostolus dicit ꝙ melius fuit sacerdotiū christi q̄ veteris testamenti: q̄ꝛ illi offerebant hostias pro peccato que non poterant cōsciam liberare a peccato. Et ob h̄ sacerdos magnus quolibet anno introibat in scā sanctoꝝ cū sanguine. Xp̄s autem per sanguinē suum semel introiuit in scā sanctorum eterna redēptione inuenta ad hebre. 9. ⁊ q̄ꝛ de isto sacerdotio vī Luc. magis egisse: dicitur vitulus. ⌊ Joānes in aquila scribens sacramēta deitatis ⌋. Aquila est excellentissima inter omnes aues. Etiā nulla est que clarius videat: ⁊ intrepide intuetur solē: sic inter euangelistas cū Joānes dixerit altiora tractādo de v̄bo dei. ideo vocatur aquila. Dicūtur sacramenta deitatis. idest secreta: q̄ꝛ deus non intelligit̄ a nobis clare: q̄ꝛ excedit facultatem naturalē nostri intellectus: Joānes autē declarauit aliqua de secretis deitatis: ostēdēs ꝙ christus est verbū diuinum ab eterno manens apud patrē: ideo dicit̄ declarasse misteria. ¶ Circa istas figuras q̄ttuor animaliū est dubium an intelligātur de euāgelistis: ⁊ an possint xp̄o applicari: ⁊ an visio quattuor animaliū que habētur Eze. p̄. ⁊. 14. sit talis sicut visio quattuor animaliū que habēt̄ apocalyp. 4. ⁊ alia similia dubia de q̄bus declarabitur. j̄. in prologo qui incipit. Plures fuisse: q̄ꝛ ibi Hiero. latius tangit ista q̄ hic.

¶ An sit ꝯueniens applicatio figuraꝝ quattuor aīaliū q̄ttuor euāgelistis in spāli. Questio. XI. Q̄ō. xi.

Queritur ꝑsupposito ꝙ ista q̄ttuor animalia signent quattuor euāgelistas: an sit cōueniens applicatio ꝙ Mattheus sit homo. Marcus leo. vitulus Lucas. aquila Joānes. Videt̄ ꝙ non. Opio q̄rundam. ꝑma. ¶ Primo q̄ꝛ dicitur ꝙ Mattheus significatur in homine: q̄ꝛ principal'r circa humanitatē versatur: ⁊ tamē videt̄ ꝙ magis versetur circa deitatē: q̄ꝛ ꝑcipuus tractatus suus est ostēdere facta christi miraculosa. ⁊ tñ illa facere non pertinet ad humanitatem: sed ad deitatem. Opio scd̄a ¶ Secūdo patet q̄ꝛ Marchus vocatur leo: q̄ꝛ tractat de resurrectione. Nemo tñ euangelistarum est qui nō scribat de illa sicut Marcus: ideo nō magis ipse leo q̄ alij dici dꝫ. ¶ Dicendū ꝙ ista assignatio ꝯueniēs videt̄.

A Rn̄sio auctoris ad q̄situ q̄ōnis. Nam istā magis sequit̄ eccl'ia. Sciēdū tñ ꝙ in h̄ beatus Aug. repugnat btō Hiero. Augu. tñ lib. p̄ de concordia euangelistaꝝ ponit duas opiniones de h̄ vltra istā que est beati Hiero. Vna est ꝙ per hominē significet̄ Mattheus: ꝑ aquilā: Marcus: per leonē: Joānes: per vitulū Luc. Et istā improbat ibi Augu. Alia est opinio sua. s. ꝙ Mattheus sit leo: homo Marcus: vitulus Lucas: aquila Joānes. Et dic̄ ꝙ illi qui tenent alias opiniones nō bene applicant: q̄ꝛ solum cōsiderant ꝑncipia libroꝝ euangelistaꝝ: ⁊ ex illis accipiunt coniecturā: ⁊ non cōsiderant totam intentionē ipsorum que magis consideranda est. Unde dicit Mattheum esse leonē: q̄ꝛ christū introducit vt regem ponendo in principio xp̄i progeniem per lineam omnium regum iuda. Leo tñ significat regnū cum dicatur de ip̄o xp̄o: vincit leo de tribu iuda. ¶ Itē q̄ꝛ Mattheus solus introducit ꝙ magi re-

ges venerunt ab oriēte ad adorādū xp̄m: ⁊ q̄ herodes rex xp̄m timuit. ⁊ introducit ibi xp̄s sub noie regis. ſ. Ubi eſt q̄ natus eſt rex iudeoꝝ. De Marco dicit q̄ ſignificat per hominem: q̄ ipſe non deſcripſit regiā xp̄i ſtirpem vel ſacerdotalem cognationem: ſed in eis ſolū verſatus eſt que xp̄s eſt operatus ſicut hō. De Luca ⁊ Joāne non eſt diſcordia iter hiero. ⁊ Augu. q̄ vterq; Joānem aquilam vocat: ⁊ vitulū Lucā. ¶ De his que ſit melior applicatio ad nos dicere nō attinebat: q̄ cuꝫ iſti ſint doctores maximi in eccl'ia puuli ⁊ ſimplices nō p̄t iudicare de maximis: q̄ tñ in hȳs directe diſcordant poſſumus ſequi quē voluerimus: cū ipſi ꝓcordari non poſſint. imo non obliganur aliquē eoꝝ ſequi. Qō p̄z q̄ aut applicatio iſta eſt in ſenſu l'rali aut in allegorico. Si in allegorico nemo erat: q̄ qlibet p̄t circa eandem litteraꝫ facere quācūq; allegoriaꝫ voluerit: ⁊ nulla eſt erronea: quia veritas vel falſitas non cōſideraꝫ niſi in ſenſu litterali. Alī autem tres nec ſunt veri nec falſi: q̄ l'ra non intēdit eos: ſ3 ſolum l'ralem. Et ſic licet nullus eoꝝ erret nullū tenemur ſequi: ſed magis curare de ſenſu qui eſt ꝓprius l're. Si aūt ſit in ſenſu l'rali iſta applicatio: neēe eſt alterū eoꝝ aut ambos errare cū directe repugnant. Et tunc neutri tenebunt ſtare: cum non ꝓſtet magis de veritate vnius q̄ alterius. Eccl'ia tñ. i. oēs doctores ſequnt cōiter applicationē hiero. Sed in hoc non multū differt: maxime q̄ ꝑma facie apparet potius iſtum ſenſum eſſe allegoricū q̄ l'ralem. ⁊ tunc nō dicit verū magis vnus q̄ alius: q̄ ꝓ qualibet parte p̄t applicari: ſ3 vna applicatio videatur magis conſonare q̄ altera. ¶ Ad primum dicendum q̄ Mattheus verſatur magis circa humanitateꝫ. ſ. q̄ non expreſſe declarat de chriſti deitate: ſicut Joānes. Verſari autem principal'r circa humanitatē poteſt intelligi dupliciter. Uno modo verſari circa humanitatem ideſt circa ea que pertinent ad chriſtū ſolum ex parte humanitatis. Alio modo verſari circa humanitateꝫ. i. circa ea que pertinent ad chriſtum inquātuꝫ homo ⁊ deus. Primo modo dicitur verſari circa humanitatem qui de chriſto tractat q̄ natus eſt: ⁊ de qua ſtirpe erat: ⁊ q̄ comedit: ⁊ dormiuit: ⁊ paſſus eſt. Iſta ⁊ ſimilia ſoluꝫ cōpetunt chriſto ex ea parte qua homo eſt. Et iſto modo nullus euangeliſtarum tractat p̄cipaliter de chriſto: ſed magis circa alia opera excellentia: vt erant opera miraculoruꝫ: licet iſtā que pertinebāt ad humanitatem non obmiſerunt: vt non relinquerent locuꝫ hereticis. ſ. manicheis qui dixerunt chriſtum habuiſſe corpus fantaſticum ⁊ non fuiſſe hominem. Et tamen ad redemptionem noſtram vtrūq; requirebatur: q̄ ſicut non poterat nos ſaluare merendo infinitum niſi deus eſſet: ita nō poterat ꝓ nobis pati ad nos redimendum niſi deus eſſet ⁊ homo. Q̄ tamen p̄cipuum erat ineſſe deum: potius imorati ſunt omnes euangeliſte circa ea que pertinebant ad deitatem q̄ circa ea que ad humanitatem: maxie q̄ ad oſtēdendum chriſtum eſſe verum hominem: pauca erant neceſſaria: ad oſtendendum autem eum eſſe deuꝫ oportebat multa dici: etiā q̄ vltra h̄ ipſe fecit plura inquātum deus q̄ inquātum homo. Et ſic Mattheus nō imorat magis circa humanitatem q̄ deitatem. ¶ Accipiendo ſecūdo modo imorari circa humanitatem. i. circa ea que pertinent ad deuꝫ humanatum ſunt multa. ſ. omnia miracula que chriſtus vidēbatur facere. Nam ex eo q̄ ibi fiebant res requirētes potentiam infinitam apparebat deitas: inquātuꝫ chriſtus illa faciebat iubendo: ⁊ aliquādo per quaſdam cerimonias: ſic quādo liniuit oculos ceci nati Jo. 9. ⁊ linguaꝫ tetigit alteri⁹ cui dixit effeta q̄ eſt aperire: ⁊ loquutus eſt cuꝫ fuiſſet mutus. apparebat humanitas. Et iſto modo non ſolū Mattheus: ſed etiā Marcus ⁊ Luc. imorantur magis circa humanitatem q̄ circa deitatem. Nam tunc imorari circa deitateꝫ nihil eſt niſi dicere de illis que pertinent ad ſolam deitateꝫ: non vt eſt perſona diuina cum nā aſſumpta: ⁊ ſic tractat ſolus beatus Joānes p̄. c. oſtendens chriſtum eſſe dei verbuꝫ manens ab eterno apud patrem per quē omnia facta ſunt: ⁊ q̄ id verbum diuinum carnem ſumpſit. Etiam alio modo beatus Joā. dicitur magis dicere de deitate inquātuꝫ intentio ſua eſt probare chriſtum eſſe deum. Nam licet ceteri euāgeliſte ponant miracula per que ſufficienter poteſt probari chriſtum eſſe deum: non apparet q̄ ipſi deducant ſaltem expreſſe ad iſtam concluſionem probandam: ⁊ tamē in beato Joāne manifeſte apparet quomodo formantur rationes ad manifeſte probandum chriſtum eſſe deum Joā. 5. ⁊. 7. ⁊. 8. ⁊ ſepe alibi. Etiam beatus Joānes interdum alia interponit que ad ſolam deitatem pertinent: ſicut illud. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Et iterum ego in patre: ⁊ pater in me eſt. ⁊ qui videt me videt ⁊ patrem. Joā. 14. Nam iſta ſoluꝫ competunt ſm humanitatem. Et iſtū modum tenet ſolus Joannes: quia ad iſtam intentionem ſcripſit euangelium. ſ. vt iudicaret chriſti deitatem quam non indicauerant alī euāgeliſte ſaltem ex verbis. vt ait hieron'y. ſ. in prologo qui incipit. Plures fuiſſe. ¶ Ad ſecundū de Marco: dicendum q̄ in b̄ Auguſti. ⁊ hiero. diſcordāt: q̄ hieronymus attribuit ei leonem. ⁊ Auguſti. hominē. Et verum eſt q̄ nulla earum eſt multum ſolida. Q̄ ſi vocemus eū hominem cuꝫ Augu. non videtur habere aliqd ſpeciale a Mattheo ⁊ luca propter qō vocetur homo magis q̄ quilibet illoꝝ: ⁊ maxime cum Mattheo: cum quo tamen facit euꝫ concordare Aug. vt dicat eum abreuiatorem matthei ⁊ comitem eius lib. p̄. de concordia euangeliſtarum. Si dicamus cum leonem cū hiero. propter reſurrectionem ēt non videtur aliquid ſpāle in Marco quātum ad reſurrectionem quam omnes poſuerunt. Si vero dicas q̄ Marcus circa illaꝫ principaliuꝫ: imoratus eſt falſum eſt: q̄ magis imoratus eſt Joannes q̄ aliquis euangeliſtarum in ea: vt patet ex libro ſuo: ⁊ magis Lucas q̄ Marcus. imo quaſi ipſe pauciora de reſurrectione poſuit q̄ ceteri. ¶ Sed dicendum q̄ iſtud fit ex neceſſitate: q̄ omnes doctores voluerūt applicare iſtas quattuor figuras quattuor euāgeliſtis: ſiue in ſenſu litterali: ſiue myſtico. Et de Joāne. ⁊ de Luca apparebat aliqualis ratio vt dicerent aquila ⁊ vitulus. Oportebat igit leonem ⁊ hoiem applicari Marco ⁊ Mattheo. Et q̄ nō apparebat aliqua ſatis manifeſta ratio quare potius hominem vel leonē attribuerent Marco q̄ matheo. Augu. attribuit leoneꝫ Matheo: ⁊ Mar. hominēꝫ. hiero. vero ecōtrario: ⁊ vtriuſq; eſt ſatis leuis applicatio. Sed cū iſte ſenſus aliqualiter videat myſticus non eſt neceſſe eſſe magnam applicationem.

Chriſtus vero quē ōſcribunt: homo fuit de virgine natus: vitulus in immolatione. Leo in reſurrectione. Aquila in aſcenſiōe. Uel in hoie humanitas. In vitulo ſacerdotiū. In leone regnum. In aquila exprimitur diuinitatis ſacramentum.

⌊ ¶ Chriſtus vero quē deſcribunt ⌋. ſupra oſtenſuꝫ eſt quo modo quattuor figure animaliū conueniebant quattuor euangeliſtis. hic oſtenditur quomodo conueniant chriſto. Et dicitur q̄ ſicut cōueniunt chriſto iſte figure q̄ttuor euāgeliſtis: ita etiam conueniunt xp̄o quem deſcribunt. i. ō quo eſt tota materia ipſoꝝ: q̄n de nullo agitur in toto proceſſu euangelī niſi de chriſto quātum ad facta ⁊ dicta ſua. ⌊ homo fuit de virgine natus ⌋. i. chriſto conuenit prima figura hominis non ſolum per applicationem ſed ēt vere: q̄ verus homo fuit cū natus fuerit de virgine que erat vera mulier. Non p̄t tamen ex vera muliere naſci corpus fantaſticum: ſed verū corpus humanum. Et h̄ eſt contra manicheoſ: qui vt negarent chriſtum eſſe verum hominē: dixerunt euꝫ non fuiſſe natum de virgine: ſed q̄ virgo inuenerat eum a caſu: ⁊ ſuſcepit eum tāq; filium: vt ait Augu. in quodā ſermone. ⁊ ſic natū eū fuiſſe de v̄gine tollit errorem de fantaſtico corpore. ⌊ vitulus in imolatione ⌋. Cōuenit ei figura vituli: q̄ vitulus eſt animal imolatiū ſm legē. Ita enim xp̄s ꝓ nobis imolatus eſt: ſicut dixit apoſtolus. Paſcha noſtrū imolatus eſt chriſtus. j̄. cor. 5. ⌊ Leo in reſurrectiōe ⌋. Conuenit ei figura leonis ꝓpter reſurrectionem: q̄ reſurrexit in fortitudīe ſua ſicut leo. Iſta ſimilitudo ponit gen. 49. ſ. Catulus leonis iuda. ⁊ intelligitur de chriſto: q̄ ipſe eſt leo de tribu iuda apoca. 5. ſ. vicit leo de tribu iuda. Et pertinet iſta applicatio ad reſurrectionem: q̄ gen. 49. dicitur ad predaꝫ filī mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo ⁊ q̄ſi leena. Quis ſuſcitabit eum? ⌊ ¶ Aquila in aſcenſione. ⌋ Conuenit quarta figura chriſto ꝓpter aſcenſionē. Q̄ ſicut aquila ſuper omnes aues volat: ita Chriſtus aſcendit ſuper oia ſ. ſuper omnes celos vt ſederet in maieſtate ſua. ⌊ Uel in homine humanitas ⌋. hic ponitur alia applicatio iſtaꝝ quattuor figurarum chriſto ſub alia ratione: ⁊ competit omnis figura quantuꝫ ad humanitatē ⌊. ¶ In vitulo ſacerdotiū ⌋. ſupra dicebatur xp̄s vitulus q̄ fuit imolatus: hic vocat vitulus:

L Rñſio ad 2am opionē.

D Rñdet inſtāte

B Rñſio ad p̄mā opionē

A Expoſitio l're.

p̄a applicatio.

B 2a applicatio.

tulus:q2 fuit sacerdos: ⁊ vitulus est animal imolatiuū qđ per sacerdotem solū imolabatur qūo christus fuit sacerdos
§§ ē.declaratum est.⌊ In leone regnum ⌋. Ista est ꝓpria applicatio:q2 leo est rex quadrupedum:ideo conuenienter p eū significaꝫ potestas regnatiua:sicut patet geñ.49. Ubi Judas vocaꝫ catulus leonis ꝓpter principatum regnatiuum. Naꝫ dicit imediate. Non auferet sceptrū de Juda: nec dux
§§ de femore eius.⌊ ¶ In agla exprimit diuinitatis sacrm ⌋.i. secretum deitatis.ſ.q sicut aquila taꝫ alte volat q se subtrahit humano aspectui:ita xp̄i deitas effugiebat cognitionē humanam:nisi inquātum ipse p opera se deū oñdebat.

Qō. xj ¶ An iste figure ꝓprius applicenꝫ christo q̄ euangelistis vel econuerso. Questio. XII.

Queritur cum Hierony.applicet hic istas quattuor figuras quattuor euāgelistis: ⁊ deinde easdem omnes xp̄o:an ꝓprius applicentur euangelistis q̄ christo vel ecōuerso.Dicendum q pro nunc nō constat an aliqua istaꝝ applicationū sit i sensu litterali: q2 de ℔ aliqđ tangetur.ſ. in ꝓlogo hie.qui incipit. Plēs fuisse.Sz presuppositio q essent ambe litterales vel ambe allegorice: est dicendū q magis conueniunt iste figure christo quam euāgelistis.Primo q2 pp vnū quodq; tale:, ⁊ id magis: sed iste figure conueniunt euāgelistis propter xp̄m: vt pz in applicationibus suis:ergo magis xp̄o conueniunt. ¶ Secundo q2 ista animalia vt describit illa Ezechiel primo dicitur quattuor facies vni.i.quilibet eorū habebat istas quattuor figuras animaliū: ⁊ sic xp̄o qui vnus est cōueniunt omnes quattuor.Hic tamen applicantur oēs quattuor non cuilibꝫ euangeliste sed cuilibet vnica figura. ¶ Tertio quia Matheus vocatur hō inquātum scribit de humanitate xp̄i:xp̄s autem vocatur homo q2 erat verus homo: ⁊ sic xp̄o conuenit proprie Mattheo autem per attributionez. ¶ Quarto q2 Lucas vocaꝫ vitulus q2 agit de sacerdotio xp̄i: xp̄o autem magis conuenit esse vitulū in quātum immolatus est: sacerdoti autem non conuenit nisi in quātum imolat illum: vitulo tñ non conuenit imolare sed imolari. Eadem rō esse potest in Joāne ⁊ Marco:q2 Joānes vocatur aquila: q2 de diuinitate scripsit:xp̄s autez est aquila q2 ipse deus est. Uel Joan.dicitur aquila q2 super alios euāgelistas altius loquutus est:xp̄s autem vocatur aquila q2 altius ascendit. Nam etiam magis volauit q̄ vere aquile: q2 ille non peruenit ad regionem ignis:xp̄s autem non solum super speras elementales sed etiaꝫ super omnes celos ascendit. De ascensu xp̄i ad celos an possit dici volatus ⁊ an descēsus eius ad inferos dicatur volatus declaratus est in libro de quinq; figuratis paradoxis parte.ſ. ¶ Marcus vocatur leo:q2 scripsit de resurrectione: qđ magis xp̄o conuenit qui vere surrexit. ¶ Que sit melior applicatio istarū duarum figuraruꝫ christo prima an secunda. Questio. XIII.

sũme.q.31.arti.2°. Dicendũ autem.vr quibusdã q lz h sit verum quãtum ad xpm q non fuerit rex fm honoꝛẽ secl'arez. non satisfacit adhuc:q: de semine istius Joachiz siue Jechonie sedit aliqs super thronũ Dauid. Nam iste Jechonias siue Joachiz genuit aliũ Joachiz qui post moꝛtẽ suã regnauit sup iudã tribus mẽsibus.4.reg.24.z h fuit fm honoꝛez secularem:sicut sederunt alij reges iuda. Est ergo dicendum fm illos q intellexit Hieremi. q de semine illius Jechonie non sederet aliqs super soliũ Dauid qui ꝓprie diceretur sedere.Joachim autẽ filius istius solum sedit tribus mẽsibus z illico translatus est in babylonem.4.reg.24.Unde videt nũqz sedisse:q: cum incepit sedere desijt sedere. Ipsum tamẽ sedere dicit ꝓprie quãdam quietem. Iste tamen Joachiz illico vt cepit sedere cessauit:ideo non dicit sedisse:nec prophe ta iudicat eiz regnasse. Similis modus loquẽdi est scriptu re quãtum ad multa alia.s.q: illa que mox vt ceperunt esse desierunt dicunt nunqz fuisse. Sic patet ꝓuer.4.s.cũ Salomon loquit dicens. Nam z ego filius fui pris mei z vnigenitus coꝛã matre mea. Et tamẽ Salomon non fuit vnigenitus apud mrem suam Bersabee. Nam ipsa habuit aliũ filiũ ex Dauid ante salomonẽ.2.reg.12. Q: tñ ille pauco tẽpoꝛe vixit: z quasi in principio vite moꝛtuus est: iudicat nunqz vixisse. Iste modus loquẽdi est ẽt in iure.s.q illa res que dsijt mox vt cepit dicat nunqz fuisse.vt ps extra de vbo. signifi.c. Nam z ego.z fundat illud super dcm Salomonis allegatum. Et ita licet Joachim vere regnauerit:q: tñ solis tribus mensibus regnauit: z mox ductus est in captiuitatem:iudicat eum Hiere.nunqz regnasse. ¶ Aliqui dicunt q illa littera Jere.poterit intelligi melius z sine calũnia de Jechonia filio alerius Jechonie.s.de isto qui translatus est in babylonem: z tunc verum est q nullus de semine eius sedit super soliũ dauid. Nã ipse ductus est in babylonẽ: z post eum regnauit Sedechias qui nõ erat de semie eius: lz erat patru⁹ suus.4.reg.24. Et post Sedechiã nemo regnauit:q: ipe ductus in babylonẽ z cessauit ibi regnũ.4.reg.25. Et ista ẽ veritas. Nã Hiere.22.dr.Uiuo ego dicit dns:q: si fuerit Jechonias filius Joachiz regis Juda ãnullus in dextera mea ide auellã eũ. Et de isto postea segt q non erit de semine ei⁹ vir qui sedeat sup soliũ dauid. Et tunc nõ est aliq calũnia cõtra lram Hiere. z est rñsio Ambroſij z sci Tho. sufficies. Argu. autẽ z rñsio ꝓcedẽs quoꝛũdã erat ꝓueniens ꝓsuppositio q eẽt ille Jechonias filius Josie: z tñ fuit Jecho.fili⁹ Joachiz s.nepos iosie. Salathiel aũt genuit Zoꝛobabel. Ista gñatio fuit in babylone:nã ibi Jechonias genuit Salathiel: z Salathiel genuit Zoꝛobabel:cũ manserint iudei in babylone septuaginta annis Hiere.25.z.2. Esdre.3. Moꝛtui sunt aũt in babylone Jechonias z Salathiel filius eius. Zoꝛobabel aũt filius salathiel redijt in terrã iuda.explet septuaginta ãnis captiuitatis: z ipse fuit ꝓnceps in edificatiõ⁹tem plum. z Jesus iosadech sacerdos magnus ꝓ esdre.3. ¶ Sz obꝫciet q nõ sit Zoꝛobabel fili⁹ Salathiel:sed filius Phadaia fris Salathiel. Nã ꝓ paralı.3.dr q filꝫ iechonie fuerũt asir Salathiel melchirã z Phadaia. Et sequit de phadaia oꝛti sunt Zoꝛobabel z Semoy. Ergo nõ est zoꝛoba.filius salathiel. Dicendũ q ibi non ponit ꝓgenies deriuata a Salathiel:lz a fre eius phadaia: z ille habuit multos filios:quorum fuit vnus zoꝛobabel. Sed non est iste zoꝛoba. idẽ cuz illo qui fuit filius Salathiel. Et h satis stat. Si aũt ponerent ibi filꝫ Salathiel: z inter eos non poneret zoꝛoba. esset aliquale dubiũ. Nunc aũt nullũ est. ¶ Itẽ p3 q: iste zoꝛobabel qui hic ponit dr genuisse Abiud: z tñ ꝓ paralipo.3.ponũtur omnes filꝫ illius zoꝛoba. z nullus eoꝝ vocat Abiud: g nõ est idẽ zoꝛoba.ille z iste. ⌊Zoꝛoba. autem genuit Abiud⌋. Nõ ꝓstat an zoꝛoba.genuerit Abiud in babylone vel post reditũ in iudeã:cõstat tñ q ipse zoꝛoba.redierit in iudeaz ꝓ esdre.3°. Nicolaus obꝫcit q zoꝛobabel nõ genuerit Abiud q ꝓ paralipo.3.dr q zoꝛobabel genuit Mosolã z Anamaz z Salomith. Rndet q aliqs illoꝝ fuit binomius: z vocare tur Abiud: z hẽret aliud de illis noibus. ¶ Dom tñ q nec stat rñsio nec dubiũ:q: dubiũ suũ ꝓcedit ꝓcesuppositio q ille zoꝛoba.de quo ibi dr fuerit filius Salathiel: z tñ non fuit filius eius:lz filius Phadaia fris Sala. vt p3 ibidẽ: iõ nõ oz aliquẽ de istis filꝫs zoꝛoba.esse binomiũ:q: illi nõ ꝓtinẽt ad hanc ꝓgenie. ⌊Aliud aũt genuit Eliachim⌋. De istis oibus vsqz ad finẽ genealogie xpi exclusiue ex Salathiel nõ ꝓstat in aliquo loco veteris testi. Uñ aũt Mattheus ista sumpserit ꝛõc'labitur. s.in quadã qõne. ⌊Jacob aũt genuit Joseph⌋ Dr luc.3.q Joseph fuit filius Heli.quo aũt possit stare õclarabit.virũ Marie.i.maritũ eius: q: fuit vera illa vxoꝛ eius lz non fuerit mrimoniũ cõsumatũ per copulã. ⌊De qua natus est Jesus. Istud est ꝓpriũ nomen eius ꝓsonale. Et dicit de qua natus est:vt non intelligaꝯ q natus est de Joseph. Nã in oibus ꝓcedẽtibus gñationibus dr q Tal' genuit talem. h vero non dr q Joseph genuit xpm: lz dr q Joseph fuit vir Marie de q̃ natus est Jesus.s.nõ de viro:sed de spũ sancto:vt p3.s.in lra. ⌊q vocat xps⌋. Quasi dicat. Non est istud nomẽ ꝓpriũ eius:q: xps significat regẽ vel messiaz eo q ambo vncti sunt. De rege p3 q vocet xps ꝓ reg.24. cũ dixit dauid q nõ mitteret manũ in Saulẽ:q: erat xps dñi. z ꝓ reg.26.dr. Propitius sit mihi dns:ne extẽdã manũ meam in xpm dñi. Messias ẽt vocat Jo.p.s.inuenimus messiã: qd est interptatũ xps. Uocãt ẽt ꝓphe z sacerdotes magni xpi i.uncti:q: sacerdotes magni vngũt oleo scõ siẽ reges. vt p3 ꝓ pali.2. Unxerũt Salomonẽ in regẽ. z Sadoch in pontificẽ. Prophe aũt vngunt a deo oleo inuisibili:lz aliqñ fiat cerimonia q̃dã exterioꝛ vngendo illos.vt p3.3°.reg.19.cũ dixit deus ad Heliã. Unges Azael regẽ sup siriã: z Jheu vnges regẽ sup israel: Heliseũ aũt vnges ꝓphaz ꝓ te. Istã vnctionẽ ꝓphicã feẽ Helias mittẽdo Pau.sup Heliseũ cũ dr. Lũqz venisset ad eũ Helias misit palli[m] suũ sup eũ: z postea dixit helias. Qd meũ erat feci tibi. q̃si dicat. Ego feci qõ mãdatuz ẽ mihi.s.q vngerẽ te in ꝓphaz. Et h fuit mittendo palliũ sup eũ. Et nõ ponit ibi a°cerimõia. g vr q ista erat vnctio ꝓphetaꝝ. An eẽt alia cerimonia: z qõ p istã vnctionẽ acqrereẽt declaratũ ẽ.e.c. Isti vocant xpi.s.sacerdotes z ꝓphe. ps. cxl.s. nolite tãgẽ xpos meos: z in ꝓphis meis nolite malignari.

¶ Quo mõ supdictoꝝ q̃tuoꝛ Jesus dicat xps. Qõ. XXV.

Queritur nũc in quo mõ istoꝝ q̃tuoꝛ Jesus vocat xps. ¶ Dom q oẽs ꝓueniunt sibi aliq mõ. ¶ De ꝓ p3 q: ipse fuit verus rex z ẽ stirpe regia fm carnẽ: z de eo dixit Hiere. q sedẽt sup soliũ dauid.Hiere. lz ipe dixit regnũ suũ nõ eẽ de h mũdo Jo.18. ꝓcessit tñ se eẽ regẽ: z sic vocat apoca.p.s.rex regũ z ꝓnceps oium regum terre. ¶ De 2° p3.s.de sacerdotib⁹. Nã xps fuit sacerdos cũ ẽt fz carnẽ aliq mõ fuerit ẽ stirpe sacerdotali: q: mr sua erat cognata Helisab.luc.p. z illa erat de filiab⁹ aarõ.e.c. Fuit ẽt xps sacerdos alio veriꝛi modo. Nam dicit⁹ sacerdos fm oꝛdinem melchisedech.ps.109. Et apostolus declarat eum esse pontificẽ veriꝛem z perfectiꝛem pontificibus veteris testamenti applicando multa ad h ad hebꝛeos.7.z.6.z.9. ¶ De tertio patet.scilicet quia ipse fuit messias. Nam h fuit ꝓncipium in eo.scilicet q missus fuerit ad salutem humani gñis:

Oppo. F Rñdet ꝓ⁹ z⁹ Rñsio auctor. z ꝓbaꝯ opi. Nicol. Jesus ẽ nomen ꝓpriuz z ꝓsonale. Xps est rex z messias sacerd. z ꝓphꝫ Qõ.25 Rñsio ad qstiõ qõnis.

ni generis.sic dī.j.in lra.Ipse.n.saluū faciet ppl'm suū a pec catis eorū.¶De 4°.s.de ꝓphis aliqualr cōuenit christo. Nam sicut ꝓphete futura ꝓdicebant ita xp̄s. z sepe iudei vocabant xp̄m ꝓphām.vt.j.xi. Ubi vocat Jesus ꝓpheta a nazareth: z qñ xp̄s suscitauit filiū vidue in vbe naym dixe runt.ꝓpheta magnus surrexit in nobis Luc.7. Non tamē erat xp̄s ꝓpr̄ie ꝓpha:q: ꝓpheta dicit impfectū moduꝫ co gnitionis sicut fides:q: non est per claram visionē: sed per reuelationē: z sic omnis ꝓpheta ab aliquo recipit: xp̄s aūt a nullo poterat recipere:q: erat deus. Jdeo nō erat ꝓpheta ꝓpr̄ie:sed aliqd maius. Nam si Joan.baptista erat plusq̄ ꝓpheta.j.xj. z Luc.7. z erat purus hō a fortiori xp̄s erat plusq̄ ꝓpheta. ¶Dicenduꝫ ergo q̄ ly oibus istis modis Jesus possit vocari xp̄s:tñ non vocat cōiter xp̄s nisi vt est messias.Et sic iudei accipiebant qñ vocabant eū xp̄m:vt p3 Joā.p.s.inuenimus messiam qō est interp̄etatuꝫ xp̄s. Sic etiā Joā.7.dicebant.Nūquid vere cognouerunt principes: q: h̄ est xp̄s.Sed hūc scimus vnde sit:xp̄s autē cum venerit nemo scit vnde sit. Illud tñ nō pōt intelligi de rege: nec sacerdote:nec ꝓpha:q: de quolibet illoꝝ scitur vnde sit.

B Jesus vocat christ⁹ ꝓpr̄e:q: messias erat.

ꝓma rō

¶Itē p3 magis q: dī singulariter xp̄s autē cum venerit ne mo scit vnde sit.Jn quo inuit̄ q̄ iste vnicus erat: z tñ sacer dotes z reges: z ꝓphete multi sunt:ergo erat iste messias: qui vnicus est: z vnicus putabat. ¶Item q: dī cū venerit z sic sperabat a iudeis tāq̄ aliqñ venturus iste christus de quo loquebant:nullus tñ sperabatur determinate vēturus a iudeis nisi messias:ergo qñ dicebant iudei xp̄m vocabant eum messiaꝫ.Et sic dixit h̄ Mattheus qui vocat christus.i. messias.Et dī qui vocatur quasi dicat. Nomen ꝓpriū eius non est nisi Jesus:christus aūt est nomen cōpetēs ei ex offō q: venit redimere hoies: z ad h̄ missus est.

2ª ratio.

Qō .26

¶Unde Matthe.habuit istas ꝓgenies. Qō. XXVI.

A Rñsio ad q̄st. qōnis.

Queritur Unde Matheus habuit istas ꝓgenies quas describit hic. Rñdendū q̄ ex sacra scriptura constat de maxima parte harum gñatio num. Nam de abraha3 q̄ genuit Ysaac p3 gen.22°.q̄ Ysaac genuit Jacob:p3 gen.25. Jacob genuit Judam z fres eius p3 gen.29. z.30.q̄ Judas genuit Phares z Zaraꝫ: p3 gen. 38.de phares q̄ genuit Esron.z deinde de oibus istis ꝓgeniebus vsq̄ ad Dauid regem.p3 Ruth.4.in fi. vbi ponū tur ad lram sicut h̄.Et sic p3 de ꝑma quaterdena.De secun da quaterdena vsq̄ ad trāsmigrationē babylonis que tota describit̄ per reges.p3 ex processu tertī z q̄rti reg.z.xi.para lipo. Loca aūt determinata ꝓ singulis regibus posita fue runt.s.in duabus qōnibus in qbus egimus de regibus Ju da. ¶Tertia q̄terdena incipit a iechonia: z iste fuit filius Joachim regis Juda. Hiere. 22. z.4.reg.24.z p̄ paralipo. 3.Jechonias genuit Salathiel.Et de h̄ p3 p̄ paralipo.3.Sa lathiel genuit Zorobabel.Et ex isto loco vsq̄ ad finē totius quaterdene non apparet gñō ex aliquo loco sacre scripture qūo se habuerint iste gñationes:ly de Salathiel constat q̄ genuerit Zorobabel.vt p3.2°.Esdre.6.

Opinio q̄rūdaꝫ.

¶Dicunt ergo quidam q̄ Mattheus per reuelationē habuit cognitioneꝫ de istis gñationibus: q: spū sancto dictāte scripsit tam ipse q̄s omnes scriptores sacre scripture fm Pe.p̄.Sed dicendū q̄ h̄ non cōuenit.Quia ly Mattheus potuerit h̄ habere per reuelationem:tñ non proficeret ad intentū suum.Jpse nāq̄s describit istā xp̄i ꝓgeniē ad probandū iudeis q̄ xp̄s veni ret de semine Dauid:de quo ipsi dubitabant.vt.s.dictuꝫ est.

B Impro bat opi. ꝓdicta.

Si autē constaret h̄ mattheo solū per reuelationē: nō patēt per h̄ iudeis verū esse qō Mattheus dicebat. Et sic eēt iuri dis ista descriptio genealogie. Est ergo dōm q̄ cōstitit mat theo de istis gñatiōibus ex aliquo loco auctētico manifesto iudeis quē negare nō possent. Pro quo sciendū q̄ inter iu deos erant libri in qbus scribebant ꝓgenies singule p q̄s constare poterat de singulis hoibus de qbus progeniebus essent.Et non solū scribebant progenies singule: sed etiam scribebatur sūma oiuꝫ.vt p3 primo paralipo.9.s.Uniuersus ergo israel dinumeratus est; z sūma eoꝝ descripta est in lib. reg.israel z iuda.Patet etiā de progeniebus singuloꝝ eze. 13.vbi ꝓtra ꝓphetas falsos qui ꝓphant.z deus non misit il los.dicit de illis deus.Et erit manus mea super prophetas qui vident vana z diuināt mendaciū:in cōcilio ppli mei nō erunt: z in scriptura domus israel nō scribent̄.Quasi dicat. Ego occidā eos: z nō manebit ꝓgenies eoꝝ que possit scri

C Rñsio auctor] necessa ria erat ꝓbare libros genea logiarū apō iu deos.

ꝑma rō

D scōa rō.

bi in scriptura dom⁹ israel.i.in libris in qbus scribunt̄ pro genies totius israel:isti libri erant auctētici: ita q̄ per illos firmiter ꝓstabat de ꝓgeniebus quoꝝcūq̄: z non poterat in dubium reuocari id qō ibi scriberet.Et ob h̄ oportebat istos libros seruari in locis publicis non suspectis:vt non posset aliqō peruerti in eis.Et asserit̄ q̄ isti libri erant in archivo templi.Et h̄ est valde verisimile:eo q̄ ille locus erat publi cissimus z sacer: z minus suspectus q̄ alia loca. ¶Itē p3 hoc q: ēt libri vel scripture ptinentes ad quedā negocia pu blia ꝓseruabant̄ in templo coram dño:vt ibi essent securius z sine suspitione.Sic fuit qñ Saul factus est rex. z concor datum est inter ppl'm z regem de modo regendi: z qbusdā alīs cōcernentibus statum regni que vocat̄ lex regni. scri pta fuerunt illa in libro: z mānsit liber custoditus in sctūario p̄ reg.io.s.Loquutus est Samul ad ppl'm legeꝫ regni: z scri psit in libro: z reposuit coram domino.i.sanctuario.Ita erat ō libris gñationū:q: illi pertinebant ad statū publicū: z erant valde necessarij isti libri.Q: cū iudei essent distincti p duo decim tribus: z deus iusserat q̄ iste tribus manerent semp distincte sicut ipse distinxerat eaſ numeri.36.op3 q̄ essent li bri in quibus scriberentur ꝓgenies singulorum ne dubita retur de eis:sicut nec dubitamus de progeniebus singulo rum post quartū vel quintum gradum nisi de quibusdaꝫ vi ris famosissimis de quibus libri manent historiaꝝ z proge nierum.Ita erat hoc valde necessarium ꝓpter officia :quia hominibus de quibusdam tribubus debebātur quedaꝫ offi cia que nō debebātur alīs.Sic patet de sacerdotibus z le uitis quibus cōpetebant ministrationes certe in cultu dñi que non cōpetebant alīs numeri.3. z.18.Jdeo oportebat q̄ cōstaret de genere cuiuslibet sacerdotis z leuite:ne aliquis per fraudeſ posset gerere se pro sacerdote vel leuita:qō erat contra dei cultum.Q: si quis de extraneis se imisceret mi nisterio dei occideret a deo numeri.3. z.16. z etiaꝫ furor dei orietur super totuꝫ populum numeri p̄. Etiam q: esset pre iudicium sacerdotum z leuitaꝝ q̄ aliquis prętextu falsi no minis dicens se leuitam vel sacerdotem vellet ministrare: z habere partem redditū illorum qui per omnes diuidendi erant.leui.6. z numeri.18.Item erant necessarij isti libri pro pter coniugia:q: iusserat deus q̄ viri de vna tribu non acci perent vxores de alia:sed de tribu sua z familia.numeri.36.

E 3ª ratio.

¶Item erant necessarij propter hereditates: q: diuise erāt omnes hereditates terre israel in duodecim partes pro duo decim tribubus.Et statuerat deus q̄ nō transiret hereditas de vna tribu in alteram:sed quātuꝫ a principio quelibet tri bus accepisset tantum semper haberet. Et ob h̄ vetita erat inter iudeos venditio nisi quātum ad tēpus: q: nulla dura bat nisi ad iubeleuꝫ: z tunc redibat possessio ad dñm p̄orem leui.25.Et sic non solū quelibet tribuſ hēbat semper posseſ siones suas:sed ēt quelibet familia: z quelibet ꝓgenies par ticularis.Ad h̄ ergo q̄ cōstaret de hominib⁹ an possent ha bere possessiones quas tenebant:oportebat q̄ sciret de qui bus tribubus z familīs essent.z si aliquis qui non esset de tribu illa vel familia teneret aliquā possessionē illius tribuſ vel familie per illos libros gñationū poterat ꝓstare q̄ iniu ste tenebat illā z auferet̄ sibi:z non posset se defendere pre textu alicuius donatiōis quā diceret sibi fcām: vel alicuius emptōis:aut p̄scriptionis:aut alterius tituli tribuētis dñiū q: nō pmittebat fm legē per vllū modū q̄ possessio vn⁹ tri bus vel familie manēt apud aliā tribū vel familiā.Erāt aūt isti libri ad h̄ inēcīj vt nulla possio pderet aut ꝓfunderet:q: h̄ deus valde itendebat.nuēri.27.z.36.

F 4ª ratio.

¶Itē erāt necīj pp ꝓncipatus z dñia:q: ꝓgeniti inter hebreos erāt maiores in dñio z i hēditate:q: cuiuscūq̄ hois ꝓgenit⁹ hēbat duplū ō hēditate q̄s qlz fruꝫ suoꝝ deute.21. De dñio erat co. mō. De quo z de oibus iuribus ꝓgenitureꝫ declatū est late p̄ pali.5. Sicut ḡ qlibꝫ ꝓgenitus respectu fruꝫ suoꝝ hēbat ista iura: ita illi q̄ descendebāt p lineā p̄iogenitoꝝ a capite alicui⁹ tri bus vel familie hēbant istū ꝓncipatū z alia iura respū toti⁹ tribus vel familie:ne orirenē litigia pp cōpetētia istoꝝ iuriū oportebat cognitas eē singl'oꝝ ꝓgenies:vt sciret qd cuilibꝫ cōpeteret:Et h̄ sciebat p illos ḡ erant necīj.Et ex istis libriſ erat cuilibet locus ad ꝓbandū iura que ei cōpetebant.Naꝫ si qs diceret aliqd sibi deberi pp ꝓgeniē: oportebat q̄ ꝓba ret ex illis libris se eē de illa ꝓgenie cui talia iura cōpetebāt Et adhibebat̄ fides illis libris ienarrabilr p3 h̄ p̄ esdre 2°.ō

qbusdaꝫ

quibusdã sacerdotibus: de quib⁹ dicitur. Hȳ quesierũt scripturas genealogie sue: ⁊ nõ inuenerunt: ⁊ eiecti sunt de sacerdotio. Et sic vi q̃ illi fidẽ facerent. Et de alȳs dī similiter neemie. 7. Hȳ quesierunt scripturã suã in censu ⁊ non inuenerunt: ⁊ eiecti sunt de sacerdotio. Et. 2° Esdre. 5. dī de quibusdã q̃ nõ poterant edicere ciuitates suas: ⁊ ꝓgenies. Et dī de alȳs. Hoꝛ quesita est gñs scriptura: ⁊ nõ est inuenta ⁊ ꝓhibiti sunt sacerdotio fungi. Et non solũ erat ḥ quãtum ad sacerdotes ⁊ leuitas: ꝫ ẽt quãtuz ad singulos israelitas s. q̃ scripte ꝓgenies eoꝝ per quas qlibet ꝓbare poterat ō seipso de qua tribu esset: ⁊ an esset de israelitis vel nõ. Patz ḥ neemie. 7. cum dī de quibusdã q̃ non potuerunt indicare domũ patrum suoꝝ ⁊ semen suuz. vtrum ex israel essent. Apparet ergo q̃ qlibet israelita ꝓbare poterat an esset de israel: q; alias nõ essent isti eiecti de consoꝛtio aliorum: nisi q; nõ ꝓbabant se esse de israel. ¶ Sciendum q̃ cum ista scripta essent valde necessaria: q; per illa ꝓbabantur multa que veniebant in contẽptione: oportebat q̃ aliqbus ẽt specialiter cõmissum scire illa que erant in libꝛis progenieruz: sicut scientia iuris que est necessaria in causis quottidianis debet haberi a iudicib⁹: ⁊ ab illis qui causas tractãt. Et q; inter iudeos ꝑcipui iudices erãt sacerdotes ⁊ maximus iudicuz sacerdos summus: deuteronomȳ. 18. pertinebat ad istos sacerdotes scire ista que cõtinebantur in libꝛis progenierum: vt scirent soluere intricationes que acciderent circa progenies. Sic patet p̃ Esdre. 2. q; cum dicit de quibusdam q̃ electi sunt de sacerdotio: q; non inuenerũt scripturas genealogie sue dicitur qõ dictum est eis q̃ non comederẽt de sanctis: donec surgeret sacerdos doctus atq; ꝑfectus. idest sacerdos perfecte doctus qui sciret veritatem progenieruz s. an ibi essent sacerdotes vel non. Et idem dicitur Neemie 7. Donec staret sacerdos doctus ⁊ eruditus. Et. 2. Esdre. 5. magis declaratur cum dicitur. Et dixit illis neemias ne participentur sancta: donec exurgat pontifex doctus in ostensionem ⁊ veritatem: idest pontifex doctus in istis genealogȳs: qui sciat ostendere veritatem. s. an sint isti de sacerdotibus vel non. Existentibus autẽ talibus libꝛis per quos poterat constare de progenie cuiuslibet testibus sacerdotibus doctis circa hoc non poterat dubitari de ꝓgenie christi nec alicuius alterius: ⁊ sic non solum Mattheus: sed etiaz qui libet iudeus poterat scire verum esse christuz descendere de tali progenie per illos libꝛos. Ecclesiastica historia Ruphini: vel vt alȳ dicunt eusebȳ cesarien. tãgit aliqualiter de ista progenie ex doctrina Affricani qui fuit proximus temporibus christi: dicens q̃ idumei latrones de templo apollinis qõ adherebat muro vꝛbis ascalonis cum ceteris spolȳs rapuerunt quedam antipatrum herodis editui filium qui in hierusalem deductus in amiciciaz hircani pontificis perue nit cuius principatum defuncto ipso hircano cum ipso regno iudee ꝓ herede filio suo per ambitionẽ a romanis accepit. Dicit autem idem Affricanus q̃ a quibusdam cognatis xp̃i qui tempoꝛe suo manebant accepit q̃ illo tẽpoꝛe oẽs hebꝛeoꝝ progenies in archanis templi secretioꝛibus habebanꝰ: in qbus etiam alienigenarum quoꝝũdam continebanꝰ oꝛigines: sicut Achioꝛ ex amonitis ⁊ Ruth ⁊ Moabitis. Herodes vero cum ad sũmam potestatem venisset videns per hos libꝛos se ignobilem ꝓbari. eximans se nobilem posse videri si nulli progenierum libꝛi manerent combussit illos. Aliqui tamen viri studiosi tenebãt illos penes se in toto vel ex parte conscriptos: ⁊ ex illis potuit constare progenies christi ⁊ aliorũ. Ista dic̃ Affricanus se accepisse a cognatis christi qui despoti vel heriles. i. dominici appellantur. s. ab ipso dominico cuius cognati erant. De ḥ libꝛo primo ecclesiastice historie. c. 7. Et concoꝛdat valde ista historia cum dictis sacre scripture. Cum asserat fuisse istos libꝛos in secretioꝛibus archinis templi. Naz dictum est q̃ sacerdotes habebant curam de illis: ⁊ erant docti in eis. s. qa libꝛi erant penes eos in templo.

¶ De diuersitate genealogie christi inter Mattheuz ⁊ Lucam. Questio. XXVII.

Queritur de diuersitate inter Mattheuz ⁊ Lucam quãtum ad christi genealogiam. Et dicendum q̃ est diuersitas in septem. ¶ Primo in personis: q; alias personas ponit Lucas: ⁊ alias Mattheus. ¶ Secundo in progressu describẽdi: q; Mattheus scribit descendendo: ⁊ Lucas ascendendo. ¶ Tertio in modo: q; Mattheus dic̃ de quolibet q̃ talis genuit talẽ: Lucas vero nũq̃ vsus est hoc vbo: sed dicit qui fuit. ¶ Quarto in tpe: q; Mattheus scripsit progeniẽ christi ante eius ꝛceptionẽ ⁊ natiuitatẽ. Idest primo ponit genealogiam q̃ natiuitatẽ. Lucas vero posuit genealogiam post annum tercessimum christi. nam in principio eius dicit q̃ Jesus erat incipiens quasi annoꝝ. xxx. vt putabaꝰ filiuꝰ Joseph. qui fuit heli ⁊c. ¶ Quinto in situ: q; Mattheus in principio libꝛi Lucas post baptismum. ¶ Sexto in statu: q; Mattheuꝰ ponit statum in Abꝛahaz: Lucas ponit statum in deuz. ¶ Septimo in nuẽro: q; Mattheus ponit q̃dragintaduas gñatiões .i. quadragintaduas personas: Lucas ponit septuaginta ⁊ septẽ. ¶ Quãtum ad primũ. s. de personis sunt varie opiniones. Quidã dixerunt q̃ eedẽ sunt psone que ponunt a Luca ⁊ Matthaeo: lz sub diuersis noibus: sicut multotiẽs idez homo hz plura noia. Hoc refert Hrego. nazãzenus. Sz non stat. ¶ Primo q; necesse est esse diuersas personas: q; matheus dicit q̃ Dauid genuit Solomonẽ: Lucaꝰ dicit q̃ Nathaz fuit Dauid. Ac si dicat. Dauid genuit nathaz: q; ponit gñationem ascendendo: ⁊ tñ Nathaz nõ sunt idem homo: sed duo fratres filȳ Dauid. p̃ paralipomenõ. 3. ¶ Scõ q; dato q̃ cõcederemus de aliquibus q̃ essent binomȳ ⁊ in illis discoꝛdarent: esset saltem in paucis ⁊ in ceteris cõcoꝛdarent: ⁊ tamẽ sunt quadragintadue generationes in quibus nihil concoꝛdant: ergo non sunt eedem persone narrate ab vtroq;. ¶ Tertio patet ⁊ efficatius. Quia si essent eedem persone etiã si cõcederemus in omnibus variari nomina q̃ non est verisimile: tamẽ saltez essent tot persone a Dauid vsq; ad christum per lineam Matthei: sicut p lineam Luce: ⁊ tamen a christo vsq; ad dauid in genealogia Matthei sunt vigintiocto gñatioues. s. due quaterdene ⁊ tñ Lucas ponit a christo vsq; ad Dauid q̃draginta ⁊ duas gñationes. Et si dicas q̃ Mattheus omisit aliquos nihil cõfert: q; solũ omisit tres reges. vt. ē. declꝛatum est. ⁊ sic essent solũ trigintauna gñationes exp̃ssis illis tribus: Lucas tñ ponit q̃dragintaduas: ⁊ sic nõ possent esse eedẽ psone vtrobiq;. ¶ Alȳ dixerunt q̃ Mattheus scripsit christi gñationem veram. s. a qbus descẽdit fm carnẽ. Luc. posuit gñationẽ putatiuã. Uñ incepit dicere vt putabaꝰ filius Joseph. Uocaꝰ gñatio putatiua: q; qdã iudei putauerũt q̃ xp̃s i. messias pp peccata reguz nõ descendẽt de Dauid p lineaz ipsoꝝ regũ: sed per lineã alioꝝ ꝑuatoꝝ hoiuz. Sed dicẽt q̃ nõ stat: q; genealogia xp̃i ponit ad ꝓbandũ q̃ ipse descendat de illa ꝓgenie de qua ꝓpḥe dixerant messiaz futurum. Ad ḥ g̃ nihil ꝓficiebat genealogia nisi que vꝛa eẽt ⁊ manifesta: vt ex illa ꝓbaret intentum. genealogia autẽ putatiua nihil ꝓbat. ¶ Scõ pz q; aut Luc. sciebat vam xp̃i ꝓgeniem aut nõ. Si nesciret: posset dici q̃ scribẽt istã tãq̃ putatiuaz. Et ḥ non stat: q; tũc mẽtiret euangelista vel decipet credẽs se scribẽ verã ꝓgeniẽ cũ nõ scriberet. Si autẽ sciret vitatẽ oio erat supfluũ ⁊ inutile scribere gñationẽ putatiuã: cũ nõ sit aliqd aliõ putare nisi messiã nõ descẽsurũ a Dauid p reges ꝫ p alios. Nõ tñ putabant determinate q̃ potiꝰ descẽdẽt p istos q̃ p alios. Luc. tñ determinate scripsit xp̃z descẽdisse p Natã: g̃ nõ intẽdebat ponẽ putatiuaz. ¶ Tertio pz: q; ista nõ satisfaciũt lr̃e. Nã si eẽnt iste due gñatiões oio distincte. s. vna vera ⁊ alia putatiua: nõ possent se reducẽ ad vnũ. ⁊ tñ tã Luc. q̃z Mat. reducũt se ad Joseph. g̃ qlz ponit verã ꝓgeniẽ. Motiuũ eoꝝ. s. q; dixit Luc. q putabaꝰ filius Joseph nihil ꝓfert. Nã nõ dixit ḥ ad signãdũ se scrib. gñationẽ putatiuã que ad nihil erat vtilis: sed ad inuenduz q̃ hoies cõiter credebãt de xp̃o. s. q̃ putabãt eũ esse filiũ Joseph. Nã ⁊ discipuli sui sic putabãt a ꝓncipio Joã. p̃. Nã ⁊ Philip. dixit ad Natamel quẽ scripsit Moy. in lege ⁊ ꝓpḥe iuenimꝰ Jesuz filiũ Joseph a nazareth. ¶ Alȳ dixerũt q̃ vnus euangelista posuit christi verã ꝓgeniẽ fm carnẽ: ⁊ alius posuit ꝓgeniẽ spũalẽ. s. q; oẽs viros iustos dixit esse ꝑes xp̃i: q; ꝑ similitudinẽ honestatis. ¶ Dicendũ q̃ non stat. ¶ Primo q; non ꝓderat talis descriptio: cuz vt dictum est genealogia scribatur ad ꝓbandum christum descendere de stirpe illorum de quibus messias venturus ꝓnũciabatur. ⁊ ad hoc nihil confert talis descriptio. ¶ Secũdo pz q; si ḥ intenderet aliqs euãgelista: poneret oẽs ꝓpḥas ⁊ viros scõs in xp̃i geneologia qcũq̃ fuerũt in veteri testõ. ⁊ tñ nulli ponũtur

a Luca

S

Qõ Mat. hũit genealogiam xp̃i quã scrip.

Qõ. xxvij. A p̃a diuẽsitaꝫ genealogie xp̃i int̃ mat the. ⁊ Luc. 2ª diuersi.

3ª diu.

4ª diu.

5ª diu.

6ª diu.

7ª diu. B Rñ. p̃ ad p̃am diuersi.

Impꝛobat rñsio p̃.

2° i.pb.

3° ipꝛo.

Instantia.

Rñdet instãtie

Scõ rñsio ad p̃mã di diuersi.

C Impꝛobatio. ij opionis primo.

Scõo ipꝛobat

Tertio ipꝛobat

3ª rñsio ad p̃mã diuersi.

D Impꝛo. rñsio p̃.

Scõo ipꝛobat

a luca nec Mattheo de illis ꝓphis ⁊ viris famosis. ¶ Tertio ꝑ ꝙ tūc nullus malus poneretur in xp̃i ꝓgenie: ⁊ tñ siue in luca siue in Mattheo describunt in xp̃i ꝓgenie multi peccatores. ¶ Quarto ⁊ clarius: q; si ꝟ intēderet aliqs eorum nō ꝓtinuaret aliquā lineā: q; viri sancti nō fuerūt in eadē ꝓgenie nec per eandē lineā sed in diuersis ꝓgeniebus ⁊ nō ꝓtinuatis: tñ ambo euāgeliste ponunt lineas ꝓtinuatas. De Mattheo clarū est: q; ita describunt iste gñatiões in veteri testamēto sicut ipe eas describit vt ꝓbatū est. s̄. De luca ꝑ q; a Dauid vsq; ad Adā oēs gñationes quas ipse ponit sūt ꝓtinuate. ¶ Augu. aūt in lib. de qōnibus euangeliorū ponit tres solutiones: ⁊ ꝟ spāliter quantū ad Joseph: q; vnus dicit eū filium Hely ⁊ alius filiū Jacob. Una est ꝙ vnus euāgelista noiauit patrē Joseph: ⁊ alter auū eius: vl' aliquē de cognatis maioribus. ¶ Alia est ꝙ vnus posuit p̃es naturalem Joseph ⁊ alius p̃em adoptantē. ¶ Alia est ꝙ duo essent p̃es Joseph vnus legalis alius nālis. ſ. q; duo haberent eandem vxorem: ⁊ ista causa vltima videt esse verior. ¶ Considerandū ꝓ ꝟ ꝙ maxima diuersitas luce ⁊ Matthei est: ꝙ Mattheus dixit Jacob esse p̃em Joseph: ⁊ Lucas dixit Heli esse patrē Joseph. Non est aūt possibile eūdē habere duos p̃es. Istud argumentū induxit Julianus apostata iperator: p̃cipuum ꝓtra euāgelistas. Nam ille cum p̃ius fuisset xp̃ianus ⁊ ecclesiasticus vir ⁊ monachus: conuersus ad idola ⁊ assumpto imperio maxime inuidebat christo. Et cū non posset xp̃ianos extirpare: saltē conatus est rōnibus cōuincere eos falsa credere. Et ad ꝟ opus magnarum vigiliarū fecit cōmentarios scribendo in qbus arguebat cōtra euangelistas ex multis locis in qbus videnť discordare de quibus multa in historia tripartita. Et istud fuit vnus de p̃cipuis argumētis. ¶ Dicendū aūt ꝙ tollit diuersitas quia Mattheus scripsit gñationē nālez: ⁊ lucas gñationē legalē Et nō discordant lucas ⁊ Mattheus nisi ex Dauid vsq; ad xp̃m. Nā ex dauid vsq; ad Abrahā ambo ꝙcordāt: de Abraham vsq; ad Adā solus lucas ꝓsequit. Rō est q; lucas posuit vnū p̃em legalē Joseph: Mattheus aūt posuit p̃es naturalē: ⁊ postea describendo ambos lineas nō cōcurrunt in vnū vsq; ad Dauid: ideo ibi ambo ꝙcordant. Poterat autez accidere ꝙ ꝙcurrerēt ille linee ante Dauid: ⁊ tunc concordarent euangeliste ante Dauid. Sed dices qd si nō cōcurrerēt ille linee ante Dauid. Dicendū ꝙ esse poterat: ⁊ tunc lucas non scripsisset ꝓgeniē per talē patrē legalē: vt aūt sciať quid sit p̃r legalis ⁊ qd nālis: dicendū ꝙ deus iusserat Deutero. 25. ꝙ moriente aliquo sine filiꝭ ⁊ manente vxore ⁊ aliquo fratre eius minore: ꝙ ille acciperet vxorē defuncti ⁊ suscitaret semen defuncto. ſ. vt gigneret aliquē filiū qui cōputaret de linea ⁊ ꝓgenie defuncti: ⁊ sic videret ille non fuisse mortuus sine filiꝭ: Et tūc iste natus erat filius naturalis illi⁹ q eum genuit: erat aūt filius legalis defuncti: cui suscitabatur semen ⁊ cui succedebat in hereditate. Et sic cū talis describeretur in libris genealogie de qbus supra dictū ē poterat describi in linea p̃ius nālis: vel in linea p̃ris legalis. Ita fuit ꝟ: q; Mattheus posuit Joseph in linea p̃ris sui nālis: q; dixit eum filiū Jacob: lucas posuit eū in linea p̃ius legalis ⁊ dixit eum filiū Hely. Modus aūt fuit q; Mattheus dicit patrez Jacob fuisse Mathan: ⁊ lucas dicit p̃em Hely fuisse Matat. Isti aūt duo erāt de stirpe Dauid: ꝟ per diuersas lineas. Qō q; vterq; euangelista reducit ꝓgeniē ad Dauid. Et habuerūt isti duo vnā ⁊ eandē vxorē successiue que dicta ē iescha: quā ꝑ habuit Mathat ⁊ genuit ex ea Hely ⁊ q; vidua ſm legē nō ꝓhibeť nubere accepit eā postea in vxorem mathan: ⁊ genuit ex ea Jacob. Et sic Hely ⁊ Jacob erāt duo fratres Uterini Heli maior Jacob minor. Accepit aūt Hely vxorem ⁊ mortuus est sine filiꝭ: ⁊ tūc Jacob fr eius minor ſm legē suscipere tenebať vxorē illius ad suscitādū semē fratri suo defuncto. Et accepit illā genuitq; ex ea Joseph virū marie. Et sic Joseph erat filius nālis Jacob: ⁊ filius legalis Hely Mattheus aūt sequutus est lineā p̃ius nālis: lucas autez lineā p̃ius legalis. Rō est q; ſm hebreos tales poterāt describi in lineā vnius p̃ius vel alterius. Et ꝟ est q; vt. s̄. declaratū ē isti libri genealogiarū erāt p̃cipue ꝓpter hereditates ⁊ honores debitos aliq⁹ ſm ꝓgenies suas. Iste aūt fili⁹ legalis gñal'r succedebat defuncto siue in possessionib⁹ siue in honoribus: Succedebat etiā interdū p̃ri nāli. ſ. qñ ille nō haberet alios liberos: iō poterat poni in linea vtriusq;. ¶ Consi

derandū tñ ꝙ qdā decipiunť circa ꝟ. ſ. putātes ꝙ Mattheus posuerit oēs p̃es nāles. lucas aūt posuerit oēs p̃es legales. Sed nō est verū: q; solū opz poni vnicū p̃ez legalem cū respectu vni⁹ p̃sone sit tota veritas. ſ. respectu Joseph cuius p̃r nālis fuit Jacob quē ponit Matthe⁹: ⁊ oēs superiores sunt adinuicē p̃es nāles. Heli enī quē lucas posuit fuit p̃r legalis Joseph: ⁊ tñ mathat fuit p̃r nālis hely: ⁊ leui fuit p̃r nālis mathat: ⁊ sic de oibus sequētib⁹ vsq; ad nathan filiū Dauid. Nā ibi. ſ. in Dauid cōcurrūt linea Matthei ⁊ luce iō lucas vnicū p̃rem legalē posuit ⁊ ceteros nāles Mattheus aūt nullū legalē sed oēs nāles. ¶ Scōa diuersitas luce ⁊ Matthei erat in ꝓgressu. ſ. q; vn⁹ describit ascēdendo ⁊ alius descēdendo. Rō est: q; hō hz se ad deū dupl'r. ſ. vt ab eo venit: ⁊ ad eū vadit. Et euāgeliste signauerūt ista duo in xp̃i gñatiōe: q; vnus. ſ. Mattheus deducit illū ad nos: aliꝰ scz lucas reducit illū in deū vt magis declaratū est. s̄. in ꝓlogo Hierony. sup Mattheū in quadā qōne. ¶ Augu. lib. 2°. de ꝙcordia euangelistaꝝ dicit: ꝙ matthe⁹ intēdebat significare xp̃m vt p̃sonā regalē: lucas describit illū vt p̃sonaꝫ sacerdotalē: iō mattheus ponit xp̃m vt veniētē ad assumēdū nr̃a pctā in q̃ntū per carnis originē sititudinē carnis pcti assum sit: lucas aūt designat xp̃m vt lauātez pctā nr̃a: ꝙ ptinet ad sacerdotē per quā ablutionē in deū reddimus iō ascēdendo descripsit. Et ob ꝟ matthens fecit descendere xp̃m a Dauid per Salomonē in cuius matre. ſ. Bersabee Dauid peccauit: ⁊ lucas fecit ascēdere xp̃m per nathā ad Dauid q; per ꝓphetaꝫ hui⁹ nois. ſ. per ꝓphaꝫ Nathaꝫ q missus est a deo ad expiationē pcti Dauid. 2°. reg. 12. ¶ Tertia diuersitas est i mō q; mattheus dicit genuit: ⁊ lucas dicit qui fuit. Rō diuersitatis est: q; Mattheus posuit lineā nālem in qua vnus gignit aliū vere lucas posuit lineā p̃ris legalis qui non gignit cū sit de unct⁹: sed ille qui nascitur reputať filius eius: iō dr̃ qui fuit. ſ. filius talis vel talis hz eū nō genuerit. Hoc dr̃ lib. 5. eccle. histoie lib. 1. c. 7. ¶ Quarta diuersitas fuit in tpe qa mattheus ab exordio ⁊ lucas ab anno tercesimo. Q; Mattheus ponit exordiū xp̃i nascendo ⁊ tūc gñatio p̃cedit oia: lucas ponit genealogiā nos in deū reducēdo: ⁊ ꝟ nō fit nisi per gr̃e cōplementū: iō ponit illā post annū tricesimū que est etas robustissima: et ob ꝟ lucas posuit genealogiā post baptismuꝫ. ¶ Quinta diuersitas fuit in situ: q; mattheus posuit genealogiā a p̃n⁹ ⁊ lucas in baptismo. Nā cum xp̃s ponatur a luca vt sacerdos qui est minister expiādoꝝ criminuꝫ: ⁊ per baptismū p̃ tollūtur crimina: cōuenienter in baptismo est posita genealogia. Mattheus aūt q; nālem intendebat gñationē: debuit ꝓponere eaꝫ oib⁹. ¶ Sexta diuersitas fuit in statu: q; mattheus posuit statū in abrahā ⁊ lucas in deo: q; cū mattheus intendat gñationē ſm carnē: ⁊ xp̃s nō est filius dei ſm carnē posuit statum in abrahā qui ſm ꝓmissionem est primus p̃r eius: lucas posuit statū in deo: q; per expiationē criminū cuius minister est sacerdos qualē lucas representauit xp̃m efficitur homo filius dei per adoptionem. ¶ Septima diuersitas est in numero q; matthe⁹ quadragīta duas: lucas vero septuaginta septē. ¶ Cōsiderandū autē ꝙ Augu. lib. 2°. de concordia euangelistaꝝ volens dare causam mystică istius numeri dicit gñationes xp̃i in mattheo fuisse q̃draginta. ſ. q; Jechonias bis ponit ante transmigrationem ⁊ post ⁊ tñ est vn⁹ ⁊ sic tollitur vna gñatio. Christum etiā non opz cōputari ⁊ tollitur alia: sic manent quadraginta: ⁊ dicit ꝙ numerus quadraginta ptinet ad statum p̃sentis vite quā sub xp̃o regnāte per q̃ttuor mūdi partes ducimus: q; q̃draginta ex q̃tuor noiatur etiā decē: ⁊ rursus decem ex q̃tuor surgit. ſ. ex progressu ab vnitate vsq; ad q̃ttuor q; vnū ⁊ duo ⁊ tria ⁊ q̃ttuor simł sumpta decē efficiūt. Uel dicit significari q̃ttuor euāgelia in qbus sub xp̃o viuimus. Dicendū tñ ꝙ gñationes nō possunt poni pauciores q̃; quadraginta ⁊ due: q; matthe⁹. j. in lra dicit eas eē totidē. ſ. ter q̃ttuordeciz. Qō aūt dr̃ de iechonia fuisse eundē scz filiū iosie ante transmigrationē babylonis ⁊ illū esse patrem Salathiel post transmigrationē babylonis nō pōt stare: q; supra probatum est ꝙ necesse sit illos eē duos. Hierony. autē dicit gñationes esse q̃draginta duas ⁊ ꝙ duo fuerūt iechonie pater ⁊ filius vt diximus: ⁊ iste numerus signat statum p̃sentis ecclesie laboriosum q; quadraginta duo conficitur ex senario ducto in septenariū scz sexies septem. Sex significat laborem p̃tis vite: ⁊ septenarius significat quietē future vel

£ Quarta rñsio ad ꝓmā diuersitatem ⁊ ē aug.

£ Rñsio auctoris Julian⁹ apostata.

Instat Rñdet

Declaratio cōuenientie genealogie xp̃i scōz matthe. ⁊ lucaz.

Scōa diuersitas genealogie xp̃i iter matheū ⁊ luc.

Tertia diuersitas.

Quarta diuersitas.

Quinta diuersitas.

Sexta diuersitas.

Septima diuersitas.

poterat dici q̃ significat laborem totus numerus. Q2 sicut israelite per q̃draginta duas mansiones cũ magnis laboribus ꝛ difficultatib⁹ venerũt in terrã promissionis. Numeri.23. ita nos per q̃draginta duas gñationes speramus ire i beatitudinẽ. Nam per multas tribulatiões opꝫ intrare i regnũ dei. Actu.14. Et xp̃s dixit. Arta est via que ducit ad vitam. j.7. Lucas posuit septuaginta gñationes per q̃s designatur vniuersitas criminũ. Naꝫ cõficitur septuaginta ꝛ septez ex vndeciꝫ ducto in septẽ. Septẽ significat vniuersitatẽ vndeciꝫ significat trãsgressionẽ vel pctm̃: q2 denari⁹ est numerus iustitie ꝓpter decẽ ꝑcepta legis per que hõ iustificatur. Undeciꝫ ꝑ transgreditur sup decem: iõ significat transgressionẽ iusticie siue pctm̃. Et sic septuaginta ꝛ septẽ significat vniuersitatẽ pctõꝝ: que vniuersa xp̃s in quantũ sacerdos abstulit: iõ lucas qui xp̃m vt sacerdotẽ repsentauit: per septuaginta ꝛ septẽ eius genealogiã descripsit. ¶ Dicendũ aũt q̃ iste cõ sunt cause mystice quas qlibet põt applicare ꝑsupposita re. Cause tñ vere ꝛ motiue quare matthe⁹ posuit q̃draginta duas ꝛ lucas posuit septuaginta ꝛ septez non fuerunt iste: sed matthe⁹ posuit q̃draginta duas q2 ipse inci pere debebat in abrahaꝫ cũ intenderet ꝓbare xp̃m esse filiũ abrahe ab Abrahã tñ vsq̃ ad xp̃m non sunt nisi q̃draginta due gñatiões omissis illis tribus regibus qui ex cã tacent. Ideo etiã si voluisset ponere plures gñatiões nõ potuisset: q2 nihil erat q̃ poneret. Lucas aũt qui intẽdebat cõpletissimam gñationẽ xp̃i ponere oportebat q̃ deduceret ip̃m vsq̃ ad Adam. Et non sunt nisi septuaginta ꝛ septẽ gñationes medie. Si aũt fuissent a xp̃o vsq̃ ad Adam solũ qnquagita ꝛ qnq̃ gñationes nõ potuisset ponere plures lucas: ꝛ si fuissent centũ oportebat oẽs illas poni: ꝛ tñ quodcũq̃ ille poneret nos ingreremus cãm figuralẽ ꝛ applicationẽ p̃ illo numero. Ideo non sunt ille cãe motiue. Oẽs diuersitates. s. assignate inter matthеũ ꝛ lucã sunt parue ꝑter primaꝫ de diuersitate psonaꝝ. Et id q̃ ibi diffiniuimus tenet aphricanus q̃ fuit vicinus tpibus apl'oꝝ idẽ hist̃oria ecclesiastica lib. j. c. 8. ꝛ hiero. sup Matthеũ ꝛ Aug. in lib. de q̃nib⁹ euãgelij ꝛ de hijs tangit scũs thomas. 3. parte summe. q. 31. articulo secundo ꝛ tertio.

Scs tho. 3. par. q. 31. ar. 2. ꝛ 3. Q̃. xxviij.

¶ Ad quid Mattheus istam genealogiam scripsit cum nõ sit christi sed Joseph. Questio. XXVIII.

Queritur ad quid Mattheus descripsit istã genealogiã: q2 ista nõ est genealogia xp̃i sed Joseph vt p3 ex lr̃a: ꝛ xp̃s non est filiꝰ Joseph nec alicuius viri.

Prima responsio.

¶ Quidã dicũt q̃ mattheus conabat oñdere iudeis xp̃m esse de semine Dauid ꝛ abrahe: de quo semine prędixerant ꝓphe Messiam futuꝝ. Si aũt diceret xp̃m cõceptuꝫ de spũ scõ: non constaret iudeis quomõ xp̃s erat de semine Dauid imo putarent ip̃m de adulterio sicut asseruerunt. Jõ voluit inuere eis q̃ xp̃s erat filiꝰ Joseph. Et sic apparet manifeste ipsuꝫ esse de semine Dauid. Et postea hoc suppositio poterat declarari quõ christus erat natus de spiritu sancto.

A Impꝛobat pa rnsio.

¶ Dicendũ q̃ ꝫ non stat ¶ Primo q2 mattheus assereret mendacium in fide q̃ō est periculosissimum sup oẽs errores maxime q2 tolleret in ꝫ christi dignitatẽ dicens eum de viro genitũ: ꝛ non esset talis liber recipiendus in sacra scriptura nec obstat q̃ ꝫ faceret ad oñendũ christũ esse de semine dauid: q2 verꝫ nõ põt ꝓbari ex falso ꝓbatione directa: maxime q2 non est faciendũ malũ vt bona eueniant ad Roma. 3.

Scõo ipꝛobatur.

¶ Scõo p3 q2 ꝫ non cõuenit intẽtioni matthei: nec per hec poterat persuadere iudeis. Naꝫ qd ꝓderat q̃ mattheus inuenire xp̃m esse filiũ Joseph: cuꝫ imediate in lr̃a asserat q̃ antẽ q̃ cõuenirent inuenta est maria habẽs in vtero de spũ ſancto. Naꝫ si mattheus ꝫ tacuisset: poterat credi q̃ vellet inuenire christũ eẽ filiuꝫ Joseph. Q2 tñ imediate expꝛessit contrariũ: nõ põt ꝫ dici: q2 sic nihil psuaderet mattheus: ꝛ ostenderet cõtradictionẽ in verbis suis.

Tertio improbatur.

¶ Tertio p3 q2 non solũ mattheus nõ voluit inuere xp̃m esse filiũ Joseph: sed etiã expresse voluit oñdere eũ nõ ptinere ad Joseph. Nam de omnibus superiorib⁹ dicebat q̃ talis genuit talẽ. s. mathan genuit Jacob ꝛ Jacob genuit Joseph: ꝛ nõ subdidit ioseph genuit iesum: q̃ dicere debuisset si inuere vellet xp̃m esse filiũ Joseph: ꝛ tñ dixit hic aliomõ q̃ꝫ in omnibus superioribus. s. Jacob genuit Joseph virꝫ marie: q̃si dicat nõ ꝑrem christi ſ3 solum virꝫ marie. Et sequitur qua natus est iesus: quasi de illa natus est ꝛ nõ de Joseph. Et q2 dubitaret aliqs quomõ de illa nasceretur ꝛ nõ de Joseph subdidit mattheus modũ dicens christi aũt gñatio sic erat. s. Cum eẽt desponsata maria mater eius Joseph: anteq̃ cõuenirent inuẽta est in vtero habens de spiritu scõ. Ergo nõ intẽdit mattheus inuere christum esse filiũ Joseph: ſ3 potius cũ magna diligentia voluit declarare nõ esse filiũ eius.

Quarto ipꝛobatur.

¶ Quarto p3 q2 istud aliqualiꝫ haberet locũ in matthеo qui prius posuit xp̃i genealogiã q̃ꝫ cõceptionẽ eius de spũ scõ: sez q̃ persuaderet p̃ q̃ falsũ erat vt probaret xp̃m eẽ messiã de semine Dauid: ꝛ postea dicere veritatẽ. s. euꝫ cõceptuꝫ de spũ scõ: sed in luca nõ habebat locum: q2 luẽ. ꝑ ponit q̃ christus cõcept⁹ de spũ scõ ꝛ luẽ. 3. describitur genealogia xp̃i per Joseph sicut hic: ꝛ tñ lucas nõ poterat ꝫ intẽdere cũ prius cõtrariũ dixisset: maxime q2 ipse dixit de xp̃o q̃ putabatur esse filius Joseph: in quo ostendebat ꝫ nõ eẽ verũ sed sic putari a populo. A p̃n⁹ ergo cũ euã geliste describunt christi ꝓgenie per Joseph: nõ intẽdũt inuere Joseph eẽ p̃rem eius.

Quinto ipꝛobat

¶ Quinto p3 q2 istud etiaꝫ posset eẽ verisimile si forte ista scripta matthei danda erant iudeis anteq̃ crederẽt: vt sic ex p̃n⁹ eoꝝ cõstaret xp̃m eẽ de semine dauid suppositio eum eẽ filiũ Joseph: ꝛ tñ mattheus nõ scripsit euãgeliũ nisi iudeis iaꝫ credentib⁹ in xp̃m ꝛ tenentibus de eo oia q̃ tenenda erant: volẽs relinq̃re eis istud euangelium in memoriã qñ recessit de iudea vt p3. s. in prologo hieron y. s. matthe⁹ cũ p̃. ꝛ in alio ꝓlogo q̃ incipit plures fuisse. Istis aũt nõ oportebat innui xp̃m esse filiũ Joseph: cum ipsi iam firmiter crederẽt natũ solũ de spũ scõ sine viro: ergo nõ fuit ista intẽtio matthei.

B Rnsio aucis.

¶ Dicendũ ergo q̃ mattheus posuit genealogiã Joseph q2 ille erat vir marie. Et ꝓbando ioseph eẽ de semine dauid ꝓbabat eẽ mariã de semine Dauid ꝛ ꝑter ipsuꝫ xp̃m. Hoc est q2 dñs iusserat q̃ quilibet accipere vxorẽ de tribu sua ꝛ familia: ꝛ nõ de aliena. Numeri. 36. Et sic cũ Joseph eẽt vir marie ꝛ eẽt de tribu iuda: oportebat mariam eẽ de tribu iuda. Et si erat Joseph de familia vel domo Dauid: necesse erat mariã eẽ de illa familia. Immo esset sub familia dauid alia familia dom⁹ magis ꝑticularis ꝛ esset de illa Joseph: eẽt quoq̃ de illa maria. S3 tũc dicetur. Quare nõ fuit descripta ꝓgenies marie per se. Dicenduꝫ q̃ non erat cõsuetudo apud iudeos q̃ scriberentur ꝓgenies feminaꝝ sed solũ virorꝝ: ꝛ in libris genealogiaꝝ de quib⁹ supra diximus nulla femina ponebatur etiã qñ fiebãt numerationes populi nũquã enumerabanꝫ femine sed soluꝫ viri: sicut dr̃ Exo. 12. q̃ fuerunt in exitu de egypto sexcẽta milia peditũ absq̃ paruulis ꝛ mulieribus. Et Numeri. j. ꝛ. 26. cũ bis de⁹ iussit numerari israhelitas: soli viri numerati sunt. Sic etiaꝫ qñ dauid numerauit ppl'm. 2. Reg. 24. ꝛ ꝑmo Paralipo. 21. Et istud etiã hodie obseruatur q̃ femine nunq̃ numerẽtur q2 ipse nõ sunt pars ppl'i vel policie: nisi in quantũ sunt matres virorꝝ. Et tñ ſ3 non scriberentur ꝓgenies eaꝝ nõ poterat dubitari de aliqua ipsaꝝ. Nam qñ femina erat in domo patris: cũ eẽt de familia eius cõstabat de prȯgenie ipius. Si aũt eẽt in domo viri constabat de ꝓgenie eius per virũ: cũ necesse eẽt virꝝ ꝛ vxorẽ eẽ de eadem familia ꝛ tribu: iõ nihil differebat ꝓbari prȯgenie femine per patrẽ vel per virũ. Et sic nihil differebat: ꝓgenies marie scribi per ꝑem suum Joachim: vel per virũ suũ Joseph.

Inſtaꝫ.

¶ Sed objcietur q̃ xp̃s nõ potuit eẽ de stirpe dauid q2 fuit de tribu leui. Nã maria erat cognata helisabeth luce. j. ꝛ helisabeth erat de filiab⁹ Aarõ. e. c. ergo erat maria de filiabus Aarõ: ꝛ cõsequẽter xp̃s de tribu leui. Istud argumẽtũ facit faustus manicheus ad probandũ q̃ xp̃s non fuerit de semine dauid. Rñdet huic argumento gregorius nazanzenus: q̃ nutu diuino factuꝫ est vt genus regiũ stirpi sacerdotali iũgeret: vt xp̃s qui sacerdos ꝛ rex erat de vtraq̃ tribu ꝑm carneꝫ nasceretur. Et satis faciliter ꝫ contingere poterat. s. q2 viri de tribu iuda aliq̃ accipiebant vxores de tribu leui ꝛ ecõtrario: ꝛ sic cum domina nostra esset de stirpe iuda directe aliqs de auis vel proauis eius accepisset aliquã vxorem de tribu leui ꝛ ex illa parte poterat maria esse cognata helisabeth.

Oppoñ niſi pdictis.

¶ Cum autẽ objcitur istis q̃ non licebat fieri copulã de diuersis tribubus: dñt q̃ speciale fuit in tribu iuda ꝛ leui: q̃ iste due tribus iungerẽtur. Nam Aaron qui fuit primus sacerdos in tribu leui accepit in vxorẽ helisabeth filiaꝫ aminadab sororem Naason. Exo. 6. Et tamẽ aminadab ꝛ naason fuerunt de tribu Juda vt p3 hic in littera ꝛ Ruth. 4. imo fuerunt principes in illa Tribu. Numeri. j, ꝛ. 2°. ꝛ. 7°. Sed dicendũ q̃ ex ꝫ nihil colligitur

Ł Rnsio grego. nazãzeni.

Oppoñ niſi rnſi oni.

D Rñdet. ligitur quia istud fuit ante legē datā: q3 lex data de non cōiungendo diuersas tribus in matrimoniuz fuit in deserto ⁊ tñ Aaron in egypto accepit helisabeth filiā aminadab i vxorem: qui aminadab ibi mortuus est vt declarauimus supra i littera. Et dato q3 exierit de egypto non potuerit viuere nisi vno anno post exitū vt ibi probatū est: Et sic in egypto acceperat vxorē. ¶ Adhuc tñ dicendū q3 post legē data3 licebat viris de tribu iuda accipē vxores de tribu leui ⁊ leuitiſ ecōtrario. Naz ioiada sūmus sacerdos accepit in vxorē Josabā filiā regis Joza. 4. reg. xj. ⁊. 2°. Paralipo. 21. Et tñ ioram erat de tribu iuda ⁊ de stirpe dauid vt p3 hic in littera. Nō est cogitandū q3 soli tribui leui licebat accipere vxorē de ꝗlibet tribu alīs tamē tribubus inter se nō licebat cōiungere matrimonia. Rō est q3 ista lex data est ꝓpter hereditates q3 si viri de vna tribu acciperent vxores de alia tribu miſcerenť here ditates ⁊ transirent de vna tribu in alia. Sic cōquesti fuerunt filij Manasse ꝓpter filias salphaath dicentes q3 si ille nuberent quibus vellent trāsiret hereditas earuz que erat de tribu manasse ad aliā tribuz de qua viros acciperēt: ⁊ deus dixit q3 nuberent filie salphaath quibus vellēt duz tamē eēnt de sua tribu vel familia: vt nō transiret hereditas ad aliaz tribum vel familiā. Et sic fecerunt: q3 acceperūt filios patrui sui in viros Nume. 36. Et ibi data est lex illa generalis. In tribu aūt leui nō erant alique hereditates. Numeri. 18. ⁊ Josue. 13. ⁊ sic femine illius tribus non poterant succedere i aliquibus bonis imobilibus. Ideo lz acciperenť a viris cuiuscunq3 tribus nō sequebatur aliqua confusio hereditatuz sic etiā si leuite acciperent vxores de quacūq3 tribu cum ad illas nō pertineat succedere in aliqbus bonis imobilibꝰ existente aliquo filio Numeri. 27. nō sequebatur confusio hereditatū. Sciendū tñ q3 interdū ad feminas istarū tribuū pertinebat successio in bonis paternis. Nam numeri. 27. statuit deus q3 si quis haberet aliquē filium etiā si haberet multas filias: solus filius succederet in bonis imobilibus. Nullo aūt existente filio succedebant filie per partes eꝗles. Quā do aūt tales femine essent in aliqua tribu non possent leuite accipere illas in vxores: sed tenebanť ille accipere viros de tribu ⁊ familia sua sicut p3 de filiabus salphaath. Nume. 36. Itē q3 si leuite acciperent tales vxores filij eaz succederent in illis bonis: illi tamē erant leuite cuz eēnt filij leuitarum ⁊ sic leuite haberent possessiones: sed ħ deus prohibuit Numeri. 18. ⁊ Josue. 13. Ergo non poterāt leuite accipere tales vxores ſz solū illas ad quas nulla pertinebat successio. Stā te ergo ħ btā virgo poterat esse de tribu iuda: ⁊ habere cognatā de tribu leui duobus modis. Uno mō q3 pater helisabeth eēt de tribu leui: ⁊ acciperet aliquā vxorem de tribu iuda de qua nasceretur helisabeth: ⁊ mediante illa eēt cognata maria helisabeth. Alio modo q3 ioachim pr̄ marie acciperet vxorē de tribu leui cum ipse eēt de tribu iuda: ⁊ per illaz esset cognatio. Et istud 2ᵐ magis tenetur: q3 volunt multi q3 anna mater domine nr̄e fuit de tribu leui: ſz non differt quā tum ad pr̄sens quis modus fuerit. Et sic tollitur argumētuz fausti heretici. Augu. tamē respondet contra euz li. 26. cōtra faustum: dicebat eni faustꝰ q3 ioachiz pr̄ marie fuit de tribu aaron ⁊ asserebat ſz p q̄sdā scripturas apocryphas. Dicit aūt Aug. q3 ēt si ioachiz fuerit de stirpe aarō sic volebat faustus potat eē anna vxor sua de tribu iuda ⁊ sic maria esse de tribu iuda aliq̄mō. Et ħ sufficiebat ad itētionē matthei. Sciendum q3 a pncipio in ecclesia fuit magna discordia ⁊ q̄stio suscitata a qbusdaz ꝓpter christi genealogiam scz quomodo descenderet de dauid. Et sicut erat tēpore Augu. q3 faustus hereticus volebat probare per quasdaz scripturas apocrifaſ xp̄m nō esse de semine dauid: ita ⁊ tēpore Pauli erat ista cōtentio genealogiaz quā Paulus iudicauit inutilē ⁊ omnino omittendaz: sicut p3 ad thitū. 3. scz stultas aūt questiones ⁊ genealogias ⁊ cōtentiones ⁊ pugnas legis deuita. Sunt eniz inutiles ⁊ vane. ¶ Sed adhuc restat magnū dubium in ħ: q3 cum quilibet vir de tribu iuda vel de quacunq3 alia posset accipere vxorez de tribu leui poterat esse q3 lz Joseph esset de tribu iuda acciperet vxorem de tribu leui: ⁊ ita non repugnat mariā eē totaliter de tribu leui: ⁊ cū xp̄s solum sit de maria fm carnem ⁊ nō de Joseph eēt totaliter xp̄s de tribu leui: ⁊ non pertineret ad dauid nec ad tribū iuda. ¶ Dicendū q3 nobis satis constat mariā esse de tribu iuda: q3 credimus xp̄m verum messiaz. Et si messias de semine dauid eē debebat Jo. 7. nō erat tñ xp̄s de semine aliq̄ nisi de quo maria: ergo erat illa de stirpe dauid. Si tñ nos cōsideremus solum quomodo ex hac genealogia ꝓbatur xp̄m ⁊ mariā esse de stirpe dauid: dicendū q3 ꝓbabatur tpe Matthei. Nūc autem nō ꝓcedit probatio. Patet ħ: q3 qñ Mattheus scripsit superuiuebant plurimi qui xp̄m viderant ⁊ cognoscebāt patrem marie ⁊ cognationē eius: ⁊ illis constabat mariā eē filiaz Joachiz qui non erat de tribu leui sed de tribu iuda: ⁊ q3 Joseph vir marie ⁊ Joachim pr̄ marie ꝓtinebāt ad eandem familiā: ⁊ ista nō poterant negari cū viderenť. Quo suppo sito probatio ista ꝓcedebat necessario. Ad nos aūt nō ē probatio necessaria: eo q3 nobis nō constat q3 pr̄ marie ⁊ vir eiꝰ eēnt de eadē ꝓgenie. ¶ Dico aūt q3 nō cōstat ex littera mat thei nec luce: iō nos credimus q3 scriptum est: ⁊ nō tanquā ꝓbatio nos cogat. ¶ Sed tunc dicet q3 inutiliter scripta ē genealogia xp̄i: q3 quantū ad illos quibus Mattheus scripsit nō erat necessaria: q3 eis cōstabat per euidentiā rei: quā tum ad nos nō ꝓbat iō est inutilis. ¶ Dicendū q3 est vtilis imo necia genealogia ista: taz quantū ad illos q̄s quātuz ad nos. De illis p3: q3 lz constaret eis qūo pr̄ marie ⁊ vir eius essent de eadē ꝓgenie: tñ de tota ꝓgenie cuiuslibet illoz vsqz ad dauid vel abraham deducendo nō poterat cōstare nisi ꝑ scripturas: iō euāgeliste debuerūt totā xp̄i progeniem describere ab abraha3 vel saltem a dauid vsqz ad xp̄m. Et tunc iudei poterant conferre istā genealogiam libri genealogiaruz totius israel qui erant in tēplo de quibus. s. dictum est: ⁊ ita erat illis ista ꝓbatio necessaria ⁊ sufficiens: pro nobis autez ista genealogia est vtilis dupliꝛ: vnomō q3 data q3 per eā nō fiat nobis probatio: cū tñ credamus euāgelistā vera dixisse: est vtile q3 sciamus qui sunt illi per quos xp̄s descendit a dauid vel abraha3. Aliomodo est vtilis modus Probationis. Quia lz nō faciat nobis ꝓbationez directā: facit ꝓbationez vel p̄sumptionē. Nam cū sciamus istud euāgeliū fuisse ſcriptum ad ꝓbandū xp̄i genealogiam ⁊ scriptū tēpore illoruz qui sciebant veritatē ⁊ poterant repugnare si euāgelista falsuz dixisset vel non bene probasset: ⁊ tñ non restiterunt sed acceptauerunt euangeliū. Ergo apparet q3 bene ꝓbabat. Et sic vtilis fuit quantū ad nos. Etiā fuit valde vtilis genealogia ad rñdendum calūnꝑs infideliū vel hereticoz: qui dicerent iesum nō fuisse messiam: q3 debebat eē de semine dauid ⁊ non fuit. ¶ Nunc autē cū nos habeamus genealogiam dicemus eis modū quo christus descendit de semine Dauid si autē dixerint ista falsa vel conficta: remittemus eos ad libros genealogiaz de quibus supra diximus. Et sic licet per ħ non probemus tamen sufficienter calūniam excludimus. Et ħ est vtile.

Opponit notabiliter

Rñdetur Oppositiōi

Genealogia xp̄i nobis ē vtilis primo. 2°

¶ Omnes itaqz generatiōes ab abraha3 vsqz ad dauid: generationes quatuordeciz: ⁊ a dauid vsqz ad transmigrationē babylonis: generationes quatuordecim: ⁊ a trāsmigratione babylonis vsqz ad xp̄m: gñationes ꝗttuordeci. Christi autez gñatio sic erat. Cum esset desponsata mater iesu maria ioseph: anteqz conuenirent: inuenta est in vtero habens de spiritu sancto.

⌊ ¶ Omnes itaqz gñationes. ⌋ Hic ponit genealogie recapitulatio ⁊ assignat quo sint quadraginta due gñationes. i. q̄draginta due psone distincte per tres quaterdenas ⁊ dicit. ⌊ Oēs ergo gñationes ab abraha vsqz ad dauid gñationes quatuordeciz. ⌋ Ista est prima q̄terdena que incipit ab abraham ⁊ terminatur in dauid inclusiue: ita q3 abraha3 ⁊ Dauid cōputentur in ea: ⁊ inter ipsos sunt duodecim generationes ⌊ ⁊ a dauid vsqz ad transmigrationē babylonis generationes ꝗtuordeciz. ⌋ Et ista est 2ª quaterdena ⁊ incipit a dauid exclusiue. Nam dauid nō est de ea cum sit de prima: sed incipit in Salomone ⁊ terminatur in iechonia siue ioachiz filio iosie. Et in hac omittuntur tres reges scz ochazias. ioaſ ⁊ amasias. Qui si ponerentur essent a dauid vsqz ad transmigrationem babylonis generationes decem ⁊ septez: ⁊ nō esset quaterdena. ⌊ Et a transmigratione vsqz ad xp̄m generationes quatuordecim. ⌋ Ista est tertia quaterdena: ⁊ incipit a transmigratione babylonis ⁊ incipit ab illo qui p̄mus de ista progenie genuit filium post transmigrationem in babylonem. Et iste fuit iechonias siue ioachim nepos iosie. Et

A Expositio littere.

Dubiuz an maria fuerit de tribu iuda

F Rñsio pulcherima ad dubiuz.

E

licet ponatur Jechonias ante transmigrationē ⁊ Jechonias imediate post transmigrationē: non est idem Jechonias: quia tunc pertineret ad scām quaterdenā ⁊ nō ad tertiaꝫ ⁊ inciperet tertia in salathiel filio Jechonie: ⁊ sic eēnt soluꝫ ter deciꝫ generationes in tertia quaterdena. Debent ergo poni duo iechonie scꝫ pater ⁊ filius: ⁊ vnus fuit vltimus in scā quaterdena ⁊ alius pīm⁹ in tertia ⁊ scōs salathiel vltim⁹. xp̄s et maria nō cōputatur licet dicatur de qua natus est ie sus: cum sint quatuordeciꝫ viri in hac ꝓgenie ⁊ femine non cōputentur in prōgenie virorumꝫ: maxime qꝛ vir ⁊ vxor reputantur eadeꝫ persona: cum xp̄s dicat de illis ꝙ nō sunt duo sed vna caro. Et tamen in hoc est per copulam: que non fuit inter mariaꝫ ⁊ Joseph. Quia tamē erant veri coniuges reputabantur vna caro. ⌊ Christi autē generatio ⌋ Matthe⁹ descripsit supra christi genealogiam in qua ostendit christi veraꝫ humanitatem: hic ostendit eius deitatē per modū cōceptionis mirabilem. Et diuiditur in tria: quia. Primo ponitur virginis miraculosa cōceptio. ¶ Scōo ipsius ioseph rationabiliter dubitatio ibi ⌊ ioseph autē vir eius. ¶ Tertio clara dubīcertificatio ibi. h autē eo cogitante. ¶ Circa primum dicitur. ⌊ Christi autē generatio sic erat. ⌋ Istud depē det ex p̄cedentibus qꝛ dixerat scꝫ matthe⁹. Jacob genuit ioseph virū marie: q̄si dicat non patrē christi sed viruꝫ marie. i. solum erat vir eius ⁊ subiunxerat ⌊ De qua natus est ieſuſ ⌋ idest de maria natus est ieſus ⁊ nō de ioseph. Et qꝛ dubitare tur quomodo poterat nasci de maria sine Joseph: quia putaretur natus de alio viro per adulteriū qō erat multo deteriꝰ subdit h modum dicens ⌊ christi autem generatio sic erat. idest fuit christus genitus per spiritū scm̄ sicut imediate subditur. ⌊ Cum esset desponsata mater eius maria ioseph ⌋ Lucas exprimit illaꝫ fuisse virginē: dicens ꝙ missus est gabriel angelus ad virginē desponsatam viro cui nomen erat Joseph: Mattheus nō exp̄ssit sed ex eis que scribebantur cū dicat ꝙ antequā cōuenirent inuenta est habens in vtero de spiritu sancto. Et sic p̄supponitur eē incognitaꝫ viro: quia si esset cognita viro superfluū esset ꝙ haberet de spiritu sctō qꝛ posset habere de viro. Et tamen spiritus sanctus nihil superfluū facit. Ergo nō fuerat cognita viro quādo habuit de spiritu sancto ⌊ anteq̄ cōuenirent ⌋ scꝫ carnaliter. Ex quo innuit christum non fuisse natum de semine virili: quia anteq̄ ioseph tangeret eaꝫ conceperat. Non tamen ex h innuit ꝙ postea cōuenerint carnaliter: sicut aliqui heretici putauerūt de quo. j. dicetur. Nam asseruerunt mariā habuisse alios filios post christum de Joseph ⌊ Inuenta est in vtero habēs de spiritu sancto ⌋ i. inuenta est a viro suo vel sponso ioseph habens in vtero. Hoc inuenit idest cognouit ioseph: qꝛ vterus eius iam surgebat crescente corpore dominico: ⁊ non poterat occultari: quin esset p̄gnans. Et dicitur ꝙ inuenta est habens in vtero de spiritu scō. Non quidem ꝙ ioseph h inuenerit: imo potius contrariū putabat qꝛ credebat eaꝫ excepisse de adulterio. Et sic dicitur ꝙ voluit eam occulte dimittere ⁊ tamē si inuenisset ꝙ erat de spiritu sancto nolet eā dimittere. Jd qō ergo inuenit ioseph fuit. s. ꝙ maria habebat i vtero ⁊ non inuenit ꝙ erat de spiritu scō. Quia tamen sic erat: ꝙ de spiritu sancto erat ille concept⁹: dicit euāgelista ꝙ inuēta est habens in vtero. Et cum subditur de spū sctō. i. ⁊ illud erat de spiritu sancto.

Qō.xxix. ¶ An beata virgo cōceperit de spiritu sancto antequā spōsata fuit vel post. Questio.XXIX.

Dubium A **Queritur** an beata virgo habuit de spiritu sancto in vtero anteq̄ sponsaret vel post q̄ desponsata est. ¶ Aliquis dicet ꝙ ex littera apparet eam p̄ius fuisse desponsataꝫ: qꝛ dicitur cū esset desponsata mater eius. ¶ Dicendū ꝙ ex h nihil p̄batur: qꝛ hic non dicit de tempore quo cepit habere in vtero: sed de tēpore quo inuenta est habens in vtero. Et forte fuit duobus vel tribus mensibus postq̄ cōceperat: quādo iam crescebat vterus manifeste. Poterat ergo eē ꝙ ante desponsationē cōciperet: ⁊ post desponsationē Joseph inueniret eaꝫ habere in vtero. ¶ Dicenduꝫ tamē ꝙ cōcepit virgo post ōsponsationē: quia virgo concepit quādo angelus venit ad eam dicens ecce concipies: ⁊ tamē quādo venit angelus ad illā iam erat desponsata: luc. j. scꝫ missus est angelus gabriel ad virginē desponsatam viro cui nomen erat ioseph.

B Rñsio.

Qō.xxx. ¶ An licuit beate marie nubere. Questio. XXX.

Queritur vlterius an licuit marie nubere. Quidam dicūt ꝙ non: qꝛ vt ait Aug. in voluentibus virginitatem non solum nubere sꝫ etiā velle nubere dānabile est. Ipsa tamē virginitatē vouerat: ergo non licebat ei. ¶ Itē quia cōmitteret se periculo: qꝛ vxor non habet potestatem corporis sui sed vir: ⁊ econtrario p⁹. cho. 7. Et si vir peteret debitū teneretur reddere ⁊ sic periret virginitas ⁊ dato ꝙ nunq̄ peteret cū tamen posset petere ⁊ ipsa obligaretur reddere subīceret se periculo manifesto ꝙ non licebat. ¶ Itē qꝛ gcūq̄ ꝙ̄hit repugnat pfectiōi v̄ginitatꝭ ad quā req̄t integritas mentis ⁊ corpis. ¶ Rñdēt qdam: ꝙ licuit domine nr̄e nubere: qꝛ non vouerat virginitatem: nec erat aliqō impedimentuꝫ. Ad h dicendū ꝙ siue vouisset siue nō aliqō impedimentuꝫ erat in ea ad actū matrimonialeꝫ. Quia quādo angelus dixit ei ꝙ conciperet filiū luc. j. dixit ipsa. Quomodo fiet istud: quoniā virū nō cognosco. Si tamē nō haberet aliqō ipedimentuꝫ ad nubendū non diceret quomodo fiet istud sed potius cōsentiret p̄ desiderio talis filij qualis ei ꝓmittebat. Quidam dicunt ꝙ vouit domina nostra virginitatem anteq̄ cōtraheret: ⁊ nō cōtraxit nisi quia certificata est de diuino consilio scꝫ ꝙ per matrimoniū non ipediretur virginitas. Sed nō stat: quia nō solum ante matrimonium sed etiā contracto matrimonio nō erat certificata de h. Naꝫ qñ angelus venit ad eam desponsata erat luce. j. Et tñ quando dixit ipsa: quomodo fiet istud quoniam virū non cognosco. Ergo nō erat certificata an esset cognoscenda a viro. ¶ Dicendū igitur ꝙ beata virgo ante cōtractū matrimonij nō voluerat virginitatem sed p̄posuerat illaꝫ seruare: p̄posituꝫ autē non obligat. Jdeo licet homini resilire. Uotum autem obligat: ⁊ ab h non pōt homo licite recedere. ¶ Cum autem ipsa dixit angelo quoniā virū non cognosco exponitur idest qꝛ p̄posui nunquā cognoscere. Cum isto autem p̄posito bene stat matrimoniū sed nō cum voto. Tamen adhuc videtur ꝙ in domina nostra plus fuerit qꝛ nō solum ipsa contraxit quasi liceret ei agere cōtra p̄positum sed etiā post contractum matrimoniū tenebat illud ꝓpositum scꝫ ꝙ non cognosceretur a viro. Jdeo dicendū ꝙ siue fuerit votū siue p̄positum erat tale qō repugnabat actui matrimonij. Et tamē domina nostra conabatur illud seruare etiā cōtracto matrimonio. Jdeo cū cōmuniter doctores dicant ꝙ domina nostra vouit virginitatē: pōt dici ꝙ vouerat: non tamē fecit votum solēne sed simplex. Et illud non absolutuꝫ sed sub conditione. ¶ Intelligendū: autē ꝙ votuꝫ vocat̄ solēne per aliquas cerimonias exteriores certas de iure: sicut est i voto castitatis solēnizato per susceptionē sacri ordinis: aut per p̄fessionē exp̄ssaꝫ alicuius religiōis approbate: vt ꝑs de voto ⁊ voti. redēp. c. vnico in. 6. In veteri testamēto si aliqō votū solēnizaret eēt per aliq̄s alias cerimonias. Uotū simplex vocatur qñ qs sine aliqua solēnitate vouit siue in voce exp̄imat siue nō. Licet aliq putauerunt ꝙ eēt necessaria exp̄ssio. falsuꝫ est. Uotuꝫ solēne impedit cōtrahi matrimoniū ⁊ si de facto contractū fuerit dirimit: votū autē simplex impedit matrimoniū fieri: si tñ quis cōtraxerit tenet ꝛ peccet contrahendo. Si dña nr̄a vouisset solēniter nō contraheret: maxime autē qꝛ in veteri testamēto nulla mulier tale votū emitteret nec auderet emittere: qꝛ reputabatur q̄daꝫ maledictio sterileꝫ eē vel non dare operā p̄oli. Sic deus dixerat. Nō erit apō te sterilis vtriusq̄ sexus deutero. 7. i. Nullus homo vel mulier erit q vellit manere in sterilitate. Fuit ergo votū dñe nr̄e simplex: ⁊ nō fuit cognitū a parentib⁹ suis. Nam si cognouissent nō ꝓmisissent eā vouere taliter: qꝛ istud erat contra statū legis illi⁹ tp̄is ꝙ aliqua mulier vellet manere i virginitate imo reputabat q̄si infelix illa que moriebat in virginitate. s. qꝛ non potuerat suscipere liberos sic̄ p̄s de filia iepthe galadicis quā p̄ iugulaturus erat p̄o voto. Ipsa autem petiuit a p̄e ꝙ cōcederet ei duos menses vt plangeret virginitatē suā sup montes israel. Judic. xj. ¶ Itē cōsideranduꝫ ꝙ istud votuꝫ simplex nō fuit determinatū ita ꝙ totaliter ipa vellet se obligare ad seruandā virginitatē: qꝛ tunc nō liceret ei nubere q̄uis si nuberet teneret matrimoniū ꝛ peccaret: sed vouit sub cōditiōe. s. si deo placeret ꝙ in virginitate ⁹maneret: qꝛ alias nō recusabat virū accipere etiā ad copulā vel qualitercūq̄. Jdeo ꝛ postea cōtraheret nō faciebat ꝓtra votum: quia illud nō fuerat votū determinatū. Deo autē placuerat ꝙ nuberet iō licebat. ¶ Considerandū vlterius ꝙ dato ꝙ vouisset

Oppōit primo

A Oppōit scōo.

Oppōit tertio. Rñsio q̄ rundaꝫ

B Rñsio aucīs.

Opinio q̄rundā

Opponit opinōi isti.

C Rñsio auctoris De vot̄ btē marie.

Instat

D Uotum solenne qd sit.

Uotum simplex qd sit.

to q̄ vouisset determinate domina nr̄a virginitatē ante dē sponsationē: nō tenebat simpliciter illud votū: q̄ quacunq; die cōstaret patri suo de illo poterat irritare illud si ipso die vellet irritare. ¶ Si aūt differret post illuz diez manebat votum firmuz numeri. 30. Ideo lz multo tpe tenuisset dña nostra istud secretū ⁊ postea cōstaret p̄i suo: poterat illud ifrigere ⁊ non teneretur ipsa. Dicūt tn̄ cōiter q̄ dña nostra post ꝯctum mr̄imoniū simpliciter emisit votū. s. q̄ ipa ⁊ ioseph reuelauerunt sibi mutuo intētiones suas. Et tunc de cōi cōsensu vouerunt virginitatē. Sic dicit magr̄. 4. sniaꝝ distin. 30. De matrimonio aūt ꝓtracto dicendū q̄ nō repugnauit voto tum q̄ votū nō fuerat determinate emissum: tū q̄ in contra hendo mr̄imoniū nō cōsentiebat dña nr̄a in aliquid q̄ repugnaret illi voto. Et tn̄ etiā non stantibus hȳs licebat cōtrahere ei si p̄ suus iubebat: q̄ per h̄ infringebatur votū. Q̄ō tn̄ dña nr̄a contrahendo mr̄imoniū nō putaret se consentire in aliq̄d cōtra votuz p̄z: q̄ ꝯcto illo dixit ad angelū. Quo modo fiet istud: qm̄ viruz non cognosco: si tamē determinate consensisset in copulā non diceret h̄. ¶ Sed diceret aliq; si dña nr̄a volebat virginitatē seruare: cur cōtraxit: q̄ liberius illā seruaret sine mr̄imonio. ¶ Dicendū q̄ ipsa ꝓposuerat ante desponsationē manere in v̄ginitate ꝑpetua: nisi deus de illa aliter statueret. Et h̄ fuit deo instigante: vt illa eēt sanctior: ⁊ per h̄ deo magis placeret. Et si ipa ꝑmitteretur libertati sue nunqnā contraxisset. Quia tn̄ p̄ iussit: necesse fuit cōtrahere. Nam etiā si votum eēt determinatū ⁊ p̄ vellet poterat illud irritare vt dictū est: iō nō habebat nūc aliquaz defensionē dña nr̄a. Quia si patre dicēte q̄ contraheret respōderet q̄ vouerat virginitatez: pater diceret. Nolo q̄ obserues votū: ⁊ tunc votuz non teneret. Unde post h̄ non se posset defendere p̄textu voti sed magis eēt inobediens patri in quo peccaret cū esset in potestate eius. Ideo patre virginis tradente eaz viro consensit ipsa. Et tn̄ ꝑpter h̄ non dimisit ꝓpositū siue votū virginitatis credens q̄ adhuc deus prouideret ei per aliquē modū: vt manente illo voto teneret matrimoniū. Patet q̄ cū eēt desponsata dixit angelo q̄ posuerat nō cognoscere virū. Et h̄ ptinebat ad magnā fidez q̄ in re taz ardua hēret de deo certā cōfidentiam: q̄ ipse ad huc cōseruaret votū eius: sicut fuit in abraham cui deus p̄miserat q̄ in semine suo deriuando per ysaach benedicerentur oēs gentes: ⁊ crediderat h̄ abrahaz ⁊ rursus mandabat ei q̄ occideret suū filiū ysaac. Et lz ista duo viderent incōpabilia abrahā credidit posse stare: q̄ deus illa dixerat scz qa potens erat deus suscitare ysaac a mortuis: ⁊ tūc in semine eius benedicerent oēs gentes ad hebre. xj. Ad primū dicendum vno modo q̄ votū nō est nūc sicut in veteri testamento q̄ quilibet q̄ntūcunq; sit in ptāte patris dum tn̄ hēat vsum perfectū rōnis pōt vouere castitatē ⁊ parētes nō p̄nt infringere votū. Ideo nūc in taluter vouentibus velle nubere dānabile est. In veteri testamēto nō erant libera vota eoꝝ qui erant sub patria ptāte: q̄ poterat irritare illa q̄cūq; die sciret ⁊ sic liceret postea nubere vel cōtrariū facere votis. Et sicut dña nr̄a ex mandato parentū nō solū erat absoluta a voto: sz etiā tenebatur cōtrahere. ¶ Aliter pōt dici q̄ in vouentib⁹ simpliciter castitatē est dānabile cōtrahere aut velle contrahere: secus in dña nr̄a q̄ non simpliciter vouit sed sub conditione. s. nisi deus aliter disponeret vt ait Augu. in lib. de nuptȳs ⁊ cōcupiscētia: sed btā maria ꝓposuit se seruaturā votum virginitatis in corde: sed ipsum votū nō exp̄ssit ore sub iecit se diuine dispositioni se seruaturā virginitatē nisi deus aliter reuelaret ⁊ tn̄ nūc deus videbatur aliter disponere cū parentes sui traderent eā viro: qui auctoritate legis dei poterant irritare, votū eius: ⁊ tenebat ipsa eis obedire: iō non peccaret ꝯhendo. ¶ Ad 2ᵐ dicendū q̄ stante voto virginitatis periculū erat nubere. Et tn̄ dñe nr̄e: non erat periculū: tuz q̄ parentes eius qui poterant votū infringere tradebāt eam: tum q̄ votū suū non fuerat determinatū ⁊ cuz ꝓpositum tenendi illud quantū in se eēt secure accipere virū: maxime q̄ h̄ semp tenendū est q̄ iussu parentū faciebat. Nūc autem vouentibus non liceret ꝯhere: q̄ vere se exponerent periculo: ⁊ eēt contra votum ille ꝯctus. ¶ Quidam tn̄ dicūt q̄ nō se exposuit periculo: q̄ anteq; ꝯheret fuit certificata p̄ spm̄ scm̄ q̄ ioseph manebat in illo ꝓposito. s. seruandi virginitatē nisi deus aliter disponeret: lz nullus eoꝝ exp̄resse votum emisisset. Postea aūt emiserūt: ⁊ sic nō se subiecit periculo. Jō magr̄ tenet in. 4. di. 30. Idē tenet sanctus Tho. e. c. di. q. 2. ar. p̄. Dicit tn̄ q̄ ista conditio de seruanda virginitate nisi deus aliter disponeret nō fuit exp̄ressa in ꝯctu matrimonij q̄: impediret ꝯctum cū esset contra bonuz ꝓlis. Jstō v̄ tamē aliqualiter dubiū: q̄ postq; desponsata erat dña nr̄a dixit ei angelus q̄ conciperet ⁊ ipsa dixit quō fieret h̄ q̄ vir non cognoscebat: tn̄ certificata fuisset per spm̄ sctm̄ de voto suo q̄: per matrimoniū non tolleretur: ⁊ q̄ ioseph non peteret ab ea debitum non dubitaret nunc de modo: nec diceret qm̄ virum non cognosco: sed sciret q̄ h̄ sine viro fieret. Et tn̄ nesciebat: ergo nō erat certificata. ¶ Ad saluandū istam positionē dicere possemus q̄ fuit certificata virgo q̄ ioseph habebat simile ꝓpositū: ⁊ q̄ nunq; peteret ab ea debitū: ⁊ tamē nō fuit certificata an deo placeret q̄ aliquo tpe carnaliter cōuenirent vel semp sic manerent. Potuit dubitare qm̄ dixit ei angelus q̄ conciperet: satis tn̄ rōnabiliter v̄ q̄ non eēt certificata ante ꝯctum. ¶ Item istud nō ꝓficit q̄: solum hoc inducitur ad saluandū dñe nr̄e votuz ne videatur se periculo exponere ꝯhendo. Et tn̄ manifestū est q̄ votū irritatum est etiā si esset simpliciter factū: cum parentes tradiderint eam viro cum intentiōe vt ex ea liberos susciperet: ⁊ sic nullum periculū erat cū iam votum non teneret lz ipsa semp teneret ꝓpositū suum. s. q̄ illud seruaret quantū posset: nisi cū deus aliter videretur disponere. ¶ Ad 3ᵐ dōm q̄ in ꝯhentib⁹ ne cessario incidit copula carnalis in cōsensu ꝯctus saltem implicite: cū matrimoniū sit p̄ncipaliter ad prolē gignendaz sicut ad ꝓpriū actum. Et sic in virgine fuit ꝓsensus implicitus. s. in quātū ex mr̄imonio ꝓsequitur ius cuilibet coniugū petendi copulā ab alio. Jsta ptās de se non repugnat virginitati: sed solū actualis consensus in copulā. Et iste nunq; fuit i virgine immo firmiter proponebat nunq; talem consensum habere nisi deus aliter disponeret.

¶ An fuit ꝓueniēs. b. virginē eē cōiugatā. Q̄ō. XXXI.

Queritur vlterius an fuit ꝓueniens dñaz nr̄am eē coniugatā: vel potius q̄ maneret sine viro. ¶ Dicendū q̄ cōueniens fuit eaz eē coniugataz: ⁊ non nasci xp̄z nec ꝓcipi nisi cū eēt coniugata. Et ad h̄ sūt alique rōnes: ex parte xp̄i: aliq̄ ex parte virginis: aliq̄ ex parte nr̄a. ¶ Ex parte xp̄i fuit prima ꝑpter iudeos ⁊ infideles: ne tanquaz illegitime nat⁹ abȳceretur: q̄ illegitimi ab oi honore repelluntur. Christus aūt hn̄dus erat tāquā messias ⁊ p̄dicatio sua ⁊ lex suscipiēda erat ab omnibus hoibus: iō nō debuit apparere in eo aliq̄d ꝓpter q̄d ꝑma facie iudicaretur indignus honore sic ait Ambro. sup lucā. s. Quid iudeis qd herodi posset ascribi: si natuz viderent ex adulterio ꝓsequuti. ¶ Scōa haberet xp̄s per quē consueto modo sua genealogia describeret. Nam si non eēt virgo coniugata non posset progenies eius describi nisi per ipaz: ⁊ tamē nō erat consuetum fm̄ legē q̄ aliq̄ genealogia ꝑ mulieres describeret. Si aūt illa eēt cōiugata describeretur genealogia christi per virum eius sicut nunc descripta est per ioseph. Sic ait Ambrosius sup lucā. s. qui venit in seculuz more seculi debet describi. Tertiū est fm̄ quosdaz ad tutelā xp̄i nati. s. vt diabolo partus virginis occultaretur. s. vt nesciret an xp̄s erat deꝰ qō argueret si videret eā sine viro concipere. Hoc tenet ignacius ⁊ multi antiquoꝝ ⁊ magr̄ sniaꝝ. 4. di. 30. ¶ Sed istō nō v̄ stare: q̄ h̄ non lateret demonē: q̄ etiā si hēret virū bene diabolus videret an cognoscebat eū vel non etiaz si non auerteret ad aliquē actū copule an eēt. Naz manebat semp ꝓbatio manifesta. s. per claustrū genitale qō semp fuit violatum in virgine: ⁊ illud cognoscebat diabolus q̄ erat semp manens iō nihil per h̄ occultaretur. Jstā positionē vult ōfendere vel excusare aliquomō sanctus Tho. sup. 4. di. 30. q. 2. articulo p̄ ⁊ in. 3. parte sūme. q. 2. ar. p̄ allegans btm̄ Augu. in. 3. li. de tri. s. q̄ diabolus multa pōt cognoscere virtute nature sue a qbus ꝓhibetur virtute diuina ⁊ sic licz diabolus h̄ cognoscere posset: deus ꝓhibebat ne cognosceret partum illum eē diuinū. Sed istud nō multū v̄ stare. Nam si virtute diuina diabolus ꝓhiberetur cogitare sup h̄ vel intelligere illud etiā fieret si domina nr̄a non haberet virū: q̄ virtute dei diabolus ꝓhiberetur cogitare qūo cōcepisset an de viro vel non: ⁊ sic occultaretur ei partus. ¶ Item non sūt ponenda miracula sine necessitate: ⁊ tn̄ nō v̄ necessariū q̄ aliqd in isto partu occultaretur diabolo. Nam per h̄ nihil cognosceret de diuino secreto. Nam dato q̄ diabolus sciret mariā

f — Instaꝝ. — b — Rñsio ad p̄mā suppositionem. — j — Alia rñsio ad idem. — k — Rñsio ad scōaz oppositionem. — Opinio aliqruz.

Sci. Tho. in. 4. di. 30. q. 2ª. ar. p̄.

m

n — Rñsio ad tertiā oppositionem.

Q̄ō. xxxj.

a — Cōueniēs fuit. b. v̄gine eē coniugatam. p̄ rō ex pte christi.

b — 2ª rō ex pte christi.

c — 3ª rōe ex pte christi.

Opponit rōni ītie.

Sā. Tho. in. 4. ⁊ i 2ª parte.

Instaꝝ ptra scm̄ Aug. ⁊ scm̄ tho. p̄me.

d — scōe in stat

In virginitate peperisse: non ex ħ sequebatur ipsum natū eē deum q; poterat deus istud p̄uilegium concedere cuicūq; homini ly non consueuisset concedere. ¶ Item si dicim⁹ ex ħ argueret christi deitatē alia maiora argumenta haberet. s. qñ reges venerunt ad xp̄m adorandū & stella p̄cedebat eos q; oino erat supra naturā: & ħ non erat occultus diabolo cū esset notū omnibus qui: erāt in iudea. Magis ergo ex ħ argueretur eus esse deum q̄s ex conceptu virginali: & tñ ħ non fuit occultatū diabolo: ergo nec oppoꝛtuit virginalē conceptum occultari. ¶ Item xp̄o existente in ioꝛdane descendit spūs sanctus sup eus & vox patris audita est sc; ħ est filius meus dilectus Luc. 3. Et istud plurimi audierunt & ipse Joannes qui baptizauit xp̄m p̄hibuit de ħ testimoniū in iudeis. Jo. p̄. & diabolus ista videbat q; oia ista que fiunt diabolus cognoscit: & tñ per ħ adhuc nō credidit xp̄m esse deū: sed post baptismū tētauit eū. j. 4. Ergo min⁹ crederet ex cōceptione virginali eum eē deum. ¶ Item diabolus viderat xp̄m facere oia miracula que tot⁹ populus videbat. Adhuc cōmuniter asseritur q; ipse nō credebat per certitudinē xp̄s esse deus q: alias nō cōcitasset iudeos contra ip̄m ad eus occidendū sed potius impediuisset: & illa miracula sicut xp̄s dixit Jo. ſ. p̄babant eus esse deū: ergo nec crederet ip̄m cognoscendo partū virginalē. Et sic non vr̄ q; partus iste occultari debuit hac cā: nec ꝓpter ħ virgo maritū hēre debuit. Hoc declarat btūs Ambro. sup lucā tangens istam cām q̄ ab antiquioꝛibus assignata fuerat: & eas non admittens. Nas cus dixisset q; habere maritū fuerat ad fallendū p̄incipes seculi idest diabolū subdidit. Sed tñ magis fefellit p̄ncipes seculi. Demonū eni malitia facile etiā occulta deꝑhendit: aut vero qui secularibus vanitatibus occupātur scire diuina nō possunt. Non est ergo satis conueniens ista causa. ¶ Quarta fuit vt xp̄s in parua etate a ioseph nutriretur & defenderet. Multis eni p̄o infirmitate illius opus erat in quibus, sola mater cōuenienter & sufficienꝫ ꝓuidere nō poterat: ad q̄ ioseph sufficeret cus matre simul. ¶ Ex parte mr̄is fuit conueniens hēre virum potius q̄s manere innuptā: p̄° ne a iudeis lapidaretur vt Hiero. ait. ¶ Sed dicetur quo poterat lapidari dña nr̄a: etiā si inueniretur in vtero habens: dum nō esset cōiugata q: lex nō obligat tales ad mortē. ¶ Quidam dicūt q; Hiero. intellexit de lapidatiōe infamie. s. q; infamaretur a iudeis tanq̄s meretrix: & ħ erat lapidari illam. Sed istud nō stat: q: iste sensus non cōuenit verbis Hiero. dicentis q; lapidaretur a iudeis. ¶ Dicunt alij q; forte ħ erat: qa virgo erat de stirpe aaron & filia sacerdotis: si fornicaretur i domo patris sui etiā anteq̄s desponsaretur occidenda erat lui. 21. ¶ Sed istud nō cōuenit: q: dña nr̄a nō erat filia sacerdotis sed filia viri de tribu iuda. Nam alias xp̄s potius eēt de tribu leui q̄s de tribu iuda qō falsum est: q: apl'us dicit q; in tribu illa de qua xp̄s est natus ad sacerdotiū nihil pertinebat: nec quisq̄s fuit de illa sacerdos. Ad hebr. 7. Ergo de iuda fuit & nō de leui: ita q; si domina nr̄a tanq̄s filia sacerdotis ꝓpter stuprū occidenda eēt nō erat lapidanda sed cōburenda: q: leui. 21. dī q; filia sacerdotis q̄s in domo patris fornicatur flāmis exuret. ¶ Dicunt alij q; etiā si non eēt cōiugata: q: tñ seruabat a patre suo vt aliq̄ tradenda viro si fornicaretur ante ħ lapidanda erat Deut. 22. ¶ Sed videt dicendū q; nō hēat locū: q: illud intelligitur qñ puella tradita erat viro: & ipse p̄ cognoscens eam inuenit ipsam nō eē virginem. ¶ Nam tunc si parentes puelle nō ostēderēt signa virginitatis expanso vestimēto: puella lapidanda erat ꝓ fornicatiōe quā cōmisserat antequā sponsaret Deu. 22. Et iste est casus multū distinctus a ꝓposito. Nā si puella nondum desponsata inueniretur a ꝑe suo fuisse fornicata nō vr̄ q; lapidanda erat: q: nulla lex de ħ erat. Qō autē nūc lapidaret postq̄s tradita erat viro p̄o p̄ioꝛi fornicatione vr̄ esse: cā: qa fuit in culpa cū permiserit se. desponsari dus, nō esset virgo: q: debuerat hoc reuelare patri suo ne traderet eā viro vt nō subīceretur periculo. Et videbat maxime fieri in fauoꝛē viri q: ista puella voluerat eū fallere. s. accipiendo eū in cōiugem dum non eēt virgo. ¶ Ites ps q: spāliter ꝓpter honoꝛes sacerdotū qui debebāt esse mundioꝛes q̄s populus & segregati ab oi infamia leui. 21. concessum est q; si filie eoꝝ etiā ante desponsationē cōmisissent stuprū occiderent. Ita ergo videbatur q; dña nr̄a etiā si inueniretur concepisse dum tñ non esset desponsata nō poterat lapidari. Si velimus tñ tenere dictū Hiero. opꝫ dicere q; illa lex Deu. 22. nō solum habebat locū qñ puella fornicata est ante desponsationē & postea tradita viro inuenta est q; nō esset virgo: ſ3 etiā in illa que nunquā fuerat desponsata & inuenta est cōcepisse vel fornicata esse. Non tñ satis cōuenit lr̄e. Quia cū illa sit lex penalis & loquatur in casu ꝓp̄io cuius verba satis diligēter exp̄imit legis lato: non est extendenda ad alios casus: q: odia restringenda sunt maxime q: oia ista fiebant ꝓpter duritiaꝫ coꝛdiꝫ iudeoꝝ: sicut xp̄s dixit de libello repudij. ſ. 19. qō Moyses illum permisit ad duriciā coꝛdis ip̄oꝝ. i. q: erant duri coꝛde & si vxoꝛes nō placerent eis occiderent illas p̄misit potius lex libellus repudij ita nō cū iste vir inueniret puellas illam occideret vel p̄sequeret. Jdeo potius lex voluit eas occidere q̄s q; ipse occideret. Et ħ aliqualiter inuitur ibidē Deute. 22. sc; q; cum vir istius puelle cōquereret dicens nō inuenisse puellas virginē q; parentes eius deberent eas defendere coꝛas iudicibus populi dicentes: q; ille vir oderat filiā ipsoꝝ & imposuerat ei nomen pessimū. ¶ Secus aūt de parentibus qui naturaliter diligunt filios. Et sic ly inuenirent eas fornicatas nō occiderent eas. Unde nec lex ꝓpter eos iuberet illā occidi. ¶ Scōa cā erat vt liberaret dña nr̄a ab infamia quā non posset excusare si concepisset nō cōiugata: q: nullus crederet eas de spū scō concepisse. Sic ait ambroſius sup lucas: q; desponsata est ne temerate virginitatis adureret infamia cui grauis aliqus coꝛruptele videret insigne p̄ferre. ¶ Tertia cā fuit vt hēret ministrū in necessitatibus suis vt ait Hiero. sup mattheū. Nam multa sunt ad que femineus pudoꝛ & digna verecūdia se nō extēdit: que melius per viros efficiuntur. Maxime cū ꝓpter puerū in egyptū fugitura erat sicut postea accidit in sequenti. c. nō iret honeste nec secure puella virgo incomitata per longitudinē viarū: nec cū aliquo honeste posset sola discurrere & manere nisi cū illo qui vir eius esset: cum quo femina nō solū nō infamatur sed etiā omnes alienā excludit infamiā. ¶ Ex parte nr̄a fuit cōueniens virginem habere maritū. ¶ Primo vt testimonio Joseph ꝓbaretur xp̄m de virgine eē natum & non de fornicaria. Sic ait Ambroſius sup lucā locupletioꝛ testis pudoꝛis maritus ad hibetur: qui doleret & posset iniuriā vindicare & oppoꝛbriū: si non agnosceret sacramentū. ſ. Si maria peperisset nō coniugata & vellet dicere q; erat de spū sancto: nemo eēt ad quē directe ptineret eas accusare. Et sic nō constaret an ex fornicatione peperisset. Cum aūt hēret virum qui eas semp tenebat: si non agnouisset certissime q; de spū scō conceperat: doleret de hac iniuria & prosequeretur faciendo eam lapidari. Ipse tñ tenuit eas semp & veneratus est. Ergo nō ꝛuenit eas ex fornicatione ꝓcepisse. ¶ Scōa cā q: magis sic credit beate marie asserenti se virginē cū habeat vir q̄s si nō haberet: sicut ait Ambroſius super lucas. Fides marie verbis magis affertur: & mendacij cā remouetur. Uideret eniꝫ culpas obū bꝛare voluisse mendacio innupta p̄gnans: cām aūt mentiendi desponsata nō habuit. Quasi dicat. Si nō haberet virū cū peperisset & diceret se virginē videretur ħ esse ad excusandum culpā fornicarij coitus cū tñ habeat vir. cui comisceri pctm̄ non est. Sed laudabile nō habebat cām dicendi se virginē: nisi sic verū esset. Et cū haberet virum ille posset scire an erat virgo vel nō. Unde ipsa nō posset secura mētiri. Tū autē nō haberet vir q: nemo eēt per quē ħ constare posset: liberius sibi eēt mentiri. ¶ Tertia causa vt tolleretur occasio excusationis virginibus que ꝓpter suā negligentiā non vitant infamiā. Quia si aliq̄n infamarentur consolarent se ipsas dicentes: q; etiā domina nostra de fornicatione infamata fuisset. Sic ait Ambroſius super lucā: q; nō decuit virginibus sinistra opinione viuētibus velamen excusationis relinqui: q; infamata mater quoq; domini videret. ¶ Quarta causa ꝓpter significationē sc; vt significetur per ħ sancta mater ecclesia que desponsata est & virgo sicut dicit Apostolus. 2. Coꝛ. xi. ſ. Desponsi eni vos vni viro virginem castam exibere christo. Et nō loquitur de aliqua virgine sed de ecclesia. Nam ait desponsi idest promisi exibere deo virgines castam idest exibere vos omnes christo vni viro virginē castā idest qui estis virgo casta. Uel promisi vos dare tanquā virginem castam: & tamen omnes illi sunt ecclesia. Idem dicit Augu. in lib. de sancta virginitate. ¶ Quinta causa est ad confundendum hereticos manicheos qui nuptias dānauerunt: & quosdam dicentes solos virgines posse saluari: quos

dānat

f 3° Instat.

g Instatur.

h Instatur.

i 4ª rō ex ꝑte christi.

Btās vginē fuisse cōiugatā ꝓueniens fuit ex ꝑte ipi⁹ vgi nis p̄ª rō Obȳcitur rationi. p̄ª rñsio q̄ rūdam. Repꝛobat rñsio data. Alia rñsio. Impꝛobat rñsio.

Alia rñsio. k Impꝛobat rñsio.

l

m 2ª cā ex ꝑte btē vginis.

n 3ª cā ex ꝑte btē vginis.

o bea. vgi nē fuisse ꝓiugata ꝓueniēs fuit ex parte nr̄a. p̄ª causa

p 2ª cā ex ꝑte nr̄a

q 3ª cā ex ꝑte nr̄a

r 4ª cā ex ꝑte nr̄a

s 5ª cā ex ꝑte nr̄a

dānat ecclesia extra de sū.tri. ⁊ fi.ca. firmiter. ¶ Cum autē christus voluisset in matre sua q̄ esset virgo ⁊ desponsata ⁊ vere habens ꝓiugē: apparet q̄ matrimoniū approbauit.

¶ An inter Joseph ⁊ beatam virginem esset verum matrimonium.

Quō.32.

Questio.XXXII.

Queritur an inter Joseph ⁊ dominā nostrā fuerit verū matrimoniū: vel solū p̄sumptum aut inchoatū. ¶ Quidā dicunt q̄ non fuit matrimonium: q̄ ioseph non fuit assumptus tanq̄ maritus domine nostre sed potius vt custos eius. Et isti habēt occasionē ex verbis hiero. in lib. cōtra Eliudiū hereticū dicentis: q̄ Joseph custos fuit marie potius q̄ maritus. ¶ Item ostendūt ḥ dicentes: q̄ Joseph senex erat nec ia3 aptus ad copulam. Unde nō assumpsisset puellā in matrimoniū: sed potius in custodiam. ¶ Dicendū q̄ vex matrimoniū fuit inter mariam ⁊ ioseph. Nam ponitur desponsatio: ⁊ ponitur mr̄imonium. De desponsatione patet in littera. s. cum eēt desponsata mater eius maria Joseph ⁊ Luc. j. s. Missus est angelus ad virginē desponsatam. De matrimonio p3: q̄ illud est p q̄ efficiunt aliqui vere coniuges ⁊ vocatur vir ⁊ vxor: ⁊ tamē ista nomina dicit scriptura de maria ⁊ Joseph q̄ supra dicit Jacob genuit Joseph vi3 marie ⁊. j. in littera dī q̄ angelus dixit Joseph. Noli timere accipere mariā cōiugē tuā. Et iterum dī q̄ accepit Joseph cōiugē suā: ⁊ non cognoscebat eā. Non eēt tamē vex ista3 dicere nisi vex matrimonium esset. ¶ Considerandū p3o ḥ q̄ matrimoniū quantū ad sui substātiā consistit in quadā idiuisibilitate ⁊ iure req̄sito per cōsensum mutuū. Et vocatur ista indiuisibilitas aiox nō q̄ illa semp sit in actu q̄: interdu3 est discordia: sed q̄ per consensu3 causatū est quoddā vinculū indissolubile ſm q̄ cōiuges manent ꝑpetuo obligati ad vnitatē aiox in hꝫ que concernunt actū matrimonij. s. in societate cōiugali ⁊ in iure petendi ⁊ reddendi debitū qō p̄cipuum est. Et ḥ est p3prie indiuisibilitas aiorum sc3 q̄: vir cogitur velle reddere debitu3 si vxor petierit ⁊ econtrario. Et in ḥ non sunt liberi: q̄ neuter eorum habet potestatē corporis sui. p̄a ad cor. 7. Et sic vere manet indiuisibilitas aiox: idē est quantū ad mutuā cohabitationē ⁊ societatem. Istud vinculū ⁊ ius causatū per consensum est p3prie substantia matrimonij. Efficiens aūt matrimonij ⁊ ipse consensus mutuus expressus per verba de p̄senti vel per equipollētia signa: inter personas nō ꝓhibitas de iure contrahere. Ista fuerunt plene inter mariā ⁊ Joseph q̄ habuerūt legittimū consensum in desponsatione: ⁊ sequutum fuit inde vinculū de quo dictū est. Et q̄ veritas rei consistit in substātia sua sicut verus hō est qui h3 vex corpus ⁊ verā animā: erit vex matrimoniū qō h3 substantia3 mr̄imonij: vex ergo matrimoniū fuit inter mariā ⁊ ioseph. ¶ Dubium aūt manet an fuit perfectū. P3o quo dicendū q̄ perfectio rei consistit in actu eius. Est autē duplex actus. s. p3imus ⁊ scōs. ¶ P3imus actus est ipsa forma rei: per quā est ⁊ actu est. ¶ Scōs actus est pfectio scōa q̄ emanat a p̄a. Na3 quālibet formā cōsequitur aliqua operatio: ⁊ cōsequunt etia3 illa3 aliqua accidentia q̄ sunt pfectiones eius. ¶ In matrimonio actus p3imus est ipsu3 substātiale per qō est actus scōs est ipsa operatio ad quā matrimoniū institutū est. s. societas cōiugalis que est in cohabitatiōe quantū ad totā vita3: ⁊ in vocatione ad prolē gignendā: qō fit per carnalem copulam. Sunt etiā quedā accidentia ꝓsequentia matrimoniū q̄ sunt pfectiones eius: ⁊ solent vocari bona matrimonij. s. proles: ⁊ fides: ⁊ sacramentū. Fides vocatur fidelitas qua3 coniuges sibi inuicē seruare debēt. Sacramentū est inseparabilitas: q̄ ex hac parte matrimoniū noui testamenti h3 ꝓpter rationes sacramēti ⁊ nō matrimoniū q̄ est inter infideles. Quia illō dissoluit matrimonium autē indissolubile est. Et per ḥ significat vnionē verbi diuini ad naturā humanā quā non dimisit vnquā nec dimittet. Significat etiā vnionē xp̄i ad ecclesiam que nunquā3 dissoluetur ad ephe. 5. vbi apostolus dixit matrimoniū esse sacramentū cū ait. Sacramentū ḥ magnu3 est: ego autē dico in xp̄o ⁊ ecclesia. s. indissolubilē vnionem. Si consideretur p3ima perfectio matrimonij fuit pfectū matrimoniū inter mariā ⁊ Joseph: q̄ ibi fuit tota substātia matrimonij vt probatū est. Si intelligatur de scōa pfectione q̄ntum ad bona que consequuntur matrimoniū nō solū fuit illud perfectū sed etiā perfectissimū vt. ait Augu. in lib. de bono cōiugali sc3 Omne nuptiale bonum in christi parentibus fuit. Fides: proles ⁊ sacramentū p3olem cognoscimus ipsu3 dominū: fide3 q̄: nullū adulteriū: sacramentū q̄: nullū diuortium. Si consideretur etiā tota alia coniugalis societas scilicet in cohabitatiōe ⁊ mutuis obsequijs ⁊ ceteris que ad ḥ p̄tinent fuit ibi cōpletissime matrimoniū. Sola autē carnalis copula defecit: que non erat necessaria ex vi actus matrimonij. Nam matrimoniū directe instituitur ad p3olem: si autē proles posset haberi sine coitu honesti⁹ multo fieret. In isto tamē matrimonio fuit ꝓles ꝓpter quā ipsum istituerūt. Nā vt declaratū est p̄cedenti qōne ꝓpter xp̄m p3incipaliter fuit necessarium virginē habere maritū: iō xp̄s tanq̄ p3oles ad matrimoniū marie ⁊ ioseph pertinet l3 non per ipsox copulam: cu3 illud matrimoniū ꝓpter xp̄m p3olem instituta est. Et sic non solu3 nō deerat hic copula immo non erat conueniens cum ta3 habitus esset finis ad quē matrimoniū istitutum fuerat: vnde nō minus perfectū matrimoniū qō nūquā per copulā cōsumatur q̄ illud in quo copula interuenit: vt ait Augu. in. 2. li. de concor. euan. Hoc vex est: du3 tamē i cōtractu matrimonij nō apponat cōditio de permanendo sine copula: q̄ istud faceret q̄ non sequeret matrimoniū: q̄ talis consensus non efficit matrimoniū sed potius repugnat sibi post q̄ vex matrimoniū sine vlla conditione cōtractū est ⁊ est coniugibus libertas petendi ⁊ reddendi debitū: possunt ipsi ex mutuo consensu siue cum voto siue sine voto manere ꝑpetuo in castitate: l3 videatur quibusdam apostolus dicere cōtrariū. p̄a. Cor. 7. s. q̄ reddant sibi inuicem debitū: ⁊ nō se fraudent dicens. Nolite fraudare inuicē nisi forte ex consensu ad tēpus: ⁊ itex reuertimini in id ipsu3. ¶ Dicendum q̄ apostolus nō iubet illud sed cōsulit ꝓpter quosdam ifirmos qui si forte vellent ꝑpetuo continere laberentur in deteriora. Et illis cōsultius est reddere ad petendū debitū q̄ abstinere: l3 absolute melius esset abstinere si ipsi possent. Patet q̄ ḥ intendat: q̄: ipse dicit ⁊ iterū reuertimini in id ipsum ne tētet vos sathanas ꝓpter incōtinentiā vestra3. s. q̄: forte conaremini abstinere ⁊ non possetis: ⁊ incideretis in deteriora. Et patet ḥ magis q̄ immediate dixit hoc autē dico ſm indulgētiā nō ſm imperiū. i. nō iubeo sed p̄mitto: volo aūt omnes esse. s. sine cōiugib⁹ ⁊ abstinere sicut ego abstineo. Subiunxit. Sed vnusquisq̄ p3opriū habet donū ex deo: alius quidem sic alius vero sic. i. Licet ego vellem q̄ oēs continerent sicut ego: non est possibile q̄: non est oibus concessum istud donum a deo: l3 concedantur alia. Cū autem dicebāt quidā q̄ Joseph nō est assumptus in virū marie sed in custodē falsum est cū scriptura vocet eu3 maritū ⁊ coniugē eius. ¶ Cū autē hiero. dixit q̄ fuit potius custos q̄ maritus dicendu3: q̄ loquebatur cōtra eliudiū qui asserebat dominā nostram ex Joseph susceptisse post xp̄i natiuitatē plures filios: Et quātum ad ḥ dicit hiero. q̄ fuit potius custos q̄ maritus: ꝑt maritus dicit actū consumati mr̄imonij sicut nec est ille act⁹ maritorū. Et q̄: sic eliudius dixerat Joseph eē maritū marie ꝓprie dixit hiero. q̄ potius quantū ad hoc fuerat custos q̄ maritus. s. q̄: custodiuit famā eius ⁊ tñ non cognouit eam. Ita etiam interdū sancti doctores dicunt aliqua de isto matrimonio q̄ vident diminuere nā3 matrimonij sicut dicit hiero. super Matthēū. s. Cu3 Joseph vir marie audieris: suspitio tibi nō subeat nuptia3: sed recordare cōsuetudinis scripturarū: q̄ sponsi viri ⁊ sponse vocentur vxores. Et tñ p nuptias vident effici vir ⁊ vxor. Dōm q̄ accepit nuptias ꝑ nuptiali concubitu qui nō est de substa ⁊ non p3o contractu qui substantiā matrimonij efficit. ¶ Cum aūt dixerunt quidam q̄ ioseph nō accepit mariā in vxorē sed in custodiam q̄ erat senex ⁊ nō erat aptus ad copula3: est valde irrōnabile. Qō patet: q̄ si ita fuisset senex Joseph nō posset putari pater xp̄i ⁊ tamen putabatur ab oibus pater eius luc. 3. Ergo erat talis de quo erat verisimile q̄ potuisset eū gignere. ¶ Secundo patet q̄ ḥ modo esset male consultum virgini ⁊ deterius xp̄o per deū. Nam si esset ita senex q̄ non eēt verisimile eu3 posse gignere appareret manifeste q̄ maria nō cōcepisset ex ex eo sed per adulteriū. Et ḥ esset deterius. Nam minus malum fuisset si non habens virū concepisset ⁊ putaret fornicata: q̄ nunc habens virū putaretur adulterata ⁊ eēt effectus infamior. Etiā ipsa posset directius nunc accusari q̄ si esset soluta ⁊ conciperet. ¶ Itez q̄: si esset ita senex ioseph q̄ non posset gignere etiā eēt inutilis ad labores. Et tamen fuit maritus necessarius domine nostre vt ꝓuideret sibi m

A Rñsio auctoris

Opiniones aliquā dā p̄a ro

2ª ratio.

B In quo cōsistat mr̄imonium.

C

D

E Rñsio ad p3imā opinionē.

F Impugnatio scōe opinionis. p̄a. ipugnatio. Joseph falso putat fuisse multu3 senex.

G 2ª ipugnatio.

H 3ª ipugnatio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

necessarijs & defenderet eaz in laboribus viaz: sicut eundo in egyptū. Ad que oino esset inutilis si iam eēt in tali etate in qua euz non est verisimile posse gignere. Et tñ vt declaratum est p̄cedenti qōne maritus fuit necessarius virgini tam ꝓpter multas causas ex parte xp̄i q̄z ex parte virginis: & ad nullaz proficeret Joseph si esset senex: ergo nō erat talis sed in etate in qua poterat p̄sumi v̄isimilr̄ q̄ gigneret. ¶ Quarto pz q: parentes dñe nostre tradiderūt illā ioseph in cōiugē & intentio sua erat ea que solet eē oium parentū tradentiuz filias suas viris. Si tñ ioseph esset senex vt verisimile eēt illum nō posse gignere nequaq̄z illi darent. Patet q̄ hoc intēderent: q: si intenderēt q̄ filia sua maneret in virginitate potius apud se ipsos illā tenerent q̄z alicui extraneo viro seni vel iuueni cōmēdarēt. Et si dicas q̄ ita fieri decebat q̄ commēdaretur viro vt nō videretur de adulterio peperisse redibit qō diximus. s. q̄ oportebit eaz tradi tali viro in vxorē: de quo verisimile esset q̄ posset de illa gignere: q: alias maior infamia esset. ¶ Quinto q: ad ħ q̄ ioseph acciperet illā in custodiā & nō in vxorem cū istud nunq̄z factum esset oporteret q̄ reuelatū esset Joseph ministeriū. s. ad qd deberet illam accipere in custodiam & quomō custodiret: q: alias ipse faceret qō nunquā factū fuerat: cū nulla appareret cā quare deberet illā accipere in custodiā: & tñ non fuit reuelatū ei quādo accepit illā: cū dicat hic Matthēus q̄ qñ vidit illam p̄gnantem turbatus est: & cogitauit eā dimittere: & tunc sibi reuelatū est misteriū: ergo nō acceperat illaz in custodiam.

I 4ª ipugtio

Jstantia

K 5ª ipugtio.

¶ Sexta pz ex parte dñe nostre: q: ipsa non consensisset cohabitare alicui viro nisi esset maritus eius: nisi sibi deus iuberet & reuelaret ad qd ille vir erat sibi necessarius in custodiam. Et tñ qñ virgo desponsata est ioseph nesciebat an partura eēt xp̄m immo potius credebat q̄ nūq̄z pareret: q: turbata est qñ angelus dixit ei q̄ conciperet luc. j. Ergo nesciebat tunc misteriū: & cōsequenter nō ꝓsensisset cohabitare alicui viro nisi daretur ei in maritū. Et ita ioseph illaz vere i cōiugē accepit & nō in custodem & erat talis de quo verisimiliter putaretur q̄ posset de ipsa gignere.

L 5ª ipugtio.

¶ Quid intendebat facere Joseph quando accepit mariaz in sponsam.

Qō. xxxiij.

Questio. XXXIII.

Queritur quid intendebat facere Joseph qñ accepit mariā in sponsaz. ¶ Quidaz dicunt q̄ ioseph volebat eaz accipere in cōiugē ad societatem coniugalē: nō tñ ad copulā carnalē quā nunq̄z intēdebat ab ea exigere & credebat nunquā reddere. Hoc aūt erat: q: quādo maria desponsata est ioseph habebat ioseph intentionem seruandi castitatē ꝓpetuaz sicut hēbat maria. Et q̄ spūs sanctus reuelauit ioseph q̄ maria hēbat illud ꝓpositū: & reuelauit marie q̄ ioseph ħ intendebat. Et sic se acceperunt mutuo in cōiuges hoc tenet magr̄. in. 4. dj. 30. & aliqualiter sanctus Tho. saltē quantū ad virginē. e. di. q. 2. ar. p̄. Et tūc sicut a principio ante cōtractū intēdebant q̄ nunq̄z interueniret copula ita postea seruauerūt. ¶ Alij dicunt q̄ ioseph a principio aliud intendebat q̄z maria. Nā maria intēdebat seruare virginitatē ꝓpetuaz. Nam postq̄z desponsata erat cū ei dixit angelus q̄ conciperet dixit quō fiet istud quoniā virum nō cognosco. i. ꝓposui nunquaz cognoscere: & tñ si putauisset q̄ aliquo tēpore ipsa cessaret obseruare virginitatē nō oportebat dubitare quō cōciperet. De ioseph dicūt q̄ a principio intendebat accipere eā in coniugē ad ꝓcreādū prolez ex ea. Et cum q̄rēt ab eis quare ergo cū teneret Joseph illaz in domo nō cognoscebat eā: dicunt q̄ erat consuetudo iustorum nō cōsumare matrimoniū per copulā nisi prius vacarēt oratioñi per aliqō tēpus iplorando diuinā misericordiam vt patet Tho. 8. cum dixit thobias ad sarrani q̄ non debebant p̄ma nocte copulari quia erant filij sanctorum & non debebāt coniungi sicut equus & mulus: nec sicut gentes que ignorant deum sed q̄ prima & scōa nocte essent in oratione: & in tertia matrimonium cōsumarent. Et sic Joseph forte abstinuit per aliquos dies qñ erat vir iustus sicut dicitur in littera. Hoc tenet Nicolaus & aliqualiter Joan. chrisosto. Dicit autem nicolaus q̄ isto tempore quo ioseph vacabat oratioñi reuelatum est sibi propositum marie de seruanda virginitate: & tunc ioseph & maria ex cōmuni consensu voluerūt virginitatem. Nam dicit q̄ credendum est ioseph ante ħ fuisse virginem: quia alias non traderetur virgo iuuencula custodienda nisi virgini. Nam in passione christus illam nulli nisi ioanni virgini cōmendauit. ¶ Dicendum q̄ prima positio est magis apta ad defendendum votum virginis: ita vt matrimonium contractum non p̄iudicet virginitati. vz ad ħ q̄ ipsa, non exponat virginitatem alicui periculo: cum acciat illum de quo certificata est q̄ maneat in simili proposito. ¶ Secunda tamen positio conuenientior est ad defendendum veritatem matrimonij quia quanto minus fuerit v̄ ginitas in proposito: tanto magis habet locum veritas matrimonij quod directe ad prolez est. Est etiam aut saltem videtur rationabilior absolute ista positio q̄z prima: quia non est ponendum aliquid contra consuetudinem vel miraculosum nisi causa appareat. Quod tamen aliquis accipiat vxorem nunquam fit ad virginitatem seruandam sed ad prolez procreandam: maxime autem illo tēpore quo laudabile erat gignere & opprobrium magnum erat manere sine liberis iō sumeret ioseph vxorem ad ħ. ¶ Item si concedere vellemus q̄ ioseph tam sanctus erat & vellet virginitatez seruare que repugnabat statui temporis sui: diceremus q̄ nollet accipere vxorem quia liberius custodiret illam non habendo vxorem: imo videbatur stultum in eo qui erat totaliter sui iuris velle accipere vxorem cum proponeret nunq̄z habere illum actum qui erat proprie coniugalis: nisi diceretur q̄ deus reuelauerat ei q̄ acciperet illam virginem in custodiam ad illud misterium q̄ postea sequutus est: nondum tamen erat ħ reuelatum ei: cum postea videns virginem grauidam turbatus fuerit: ergo non acciperet illam in vxorem cum proposito seruandi castitatem. Sed adhuc positio Nicolai non videtur sufficere sc̄z q̄ post contractum matrimonij fuerit reuelatum ioseph propositum marie: & q̄ ambo tunc virgini tatem vouerunt. Sed ħ non videtur satis rationabile: quia aut istud propositum marie reuelatum fuit Joseph per ipsaz mariam: aut per spiritum sanctum. Si per mariam non consentiret ei Joseph: quia ista res erat ardua scilicet q̄ ille q cō traxerat matrimonium propter prolem procreandam vellet seruare castitatem perpetuam. Etiam erat contra consuetudinem temporis: cum tunc nullus abstineret a maritali copula. Etiam maria erat puella satis tenera cui non erat adhuc in aliquo credendum maxime in re tam ardua: cum nōdum constaret ipsam moueri per spiritum sanctuz: ideo Joseph non seruaret continentiam ꝓpter eam. Si autem dicaz q̄ spiritus sanctus reuelauit ħ ioseph ad ħ q̄ ipse contingeret: non stat: quia tunc declararet causam propter quam cōtinere deberent: cum moueret ipsuz Joseph ad rem tam arduam quam prius non intenderat. Et tamen non reuelauit deus causam ioseph quare ħ fieret sc̄z propter conceptuz de spiritu sancto qui futurus erat in ea quem non cognouit ioseph quousq̄z angelus postea ei dixit: ergo non fuerat ei reuelatum propositum marie de continendo. ¶ Item dato q̄ diceremus q̄ deus voluit reuelare ioseph propositum marie de continendo vt ipse contineret: & non reuelaret ei causam ꝓpter quam fieret: saltem ioseph esset certus q̄ maria seruatura esset perpetuo virginitatem & q̄ nullo modo circa ħ defficeret cum significaretur ei per spiritum sanctuz ad ħ q̄ ipse propter eam contineret: & tamen ioseph postea dubitauit de virginitate marie imo credidit eam fornicatam cū videret vterum eius tumentem: & propter ħ vellet eā dimittere: ergo spiritus sanctus nihil reuelauerat ioseph de ꝓposito marie ad continendum. ¶ Dicendum ergo videtur q̄ Joseph a principio intēderit accipere mariam in coniugē ad procreandum liberos: & q̄ semper tenuit ħ propositum vsq̄z quo videns virginem grauidam voluit recedere: & angelus ei dixit q̄ de spiritu sancto conceperat tunc est verisimile q̄ ioseph cessauerit a proposito suo: quia ipse non auderet violare templū spiritus sancti. Esset enim temerarius si eam carnaliter vellet tangere quam spiritus sanctus fecundauerat. Et sic fuit sibi tunc quasi necessitas continendi. Deus tamē inclinaret affectum eius ad ħ vt prompte & sine labore efficeret. Et istud videtur rationabilius & magis consonans littere: & tunc nihil ponimus sine necessitate. ¶ Cum autem quare ioseph ante ħ nō cognouerat beatam virginem: satis videbatur esse rationabile dictuz nicolai scilicet q̄ vacabat oratioñi. Et tamen rationabilius videtur dicendum q̄ nōdum consumauerat matrimonium quia licet in lege p desponsationem de presenti tradatur coniugib⁹ mutua potestas petendi debitum & reddendi: erat tamen cōsuetudo sicut nūc est q̄

Mag̃r sentētiaz. sāt⁹ tho. in 4°.

B Opio 2ª aliorum.

Questiuncula.

Nico. de li. Jo. Criso.

E Opioni pme rñ detur.

D Opioni sēde rñ detur.

Jnstat p̄ pone Nicolai

E Cōfirmatur

§ Rñsio auctis.

ħ Rñsio ad q̄sticulam

est q̄ non p̄ius petatur non reddatur q̄ nuptie publice celebrentur ⁊ vxor traducatur in domum viri. Non erant tamen nunc nuptie celebrate: nec virgo traducta in domum ioseph cum dicatur infra q̄ nolebat eam traducere: videns vterum eius tumentem. Ergo nondum erat traducta: ⁊ sic nondum fuerat locus ipsi ioseph consumandi matrimoniū. Qui autem tenent q̄ eam tenebat in domo ⁊ nuptiarū solomnitas erat celebrata debent dicere q̄ nō consumabat matrimonium quousq̄ vacasset orationi.

¶ Joseph autem vir eius cum esset iustus ⁊ nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eam.

⌊¶ Joseph ār. ⌋hic ponit rōnabilis ioseph dubitatio. s. cum vidit virginē p̄egnātem: quā ipse non cognouerat. Nicolaus continuat istam litteram dicens q̄ emisso voto virginitatis per mariam ⁊ ioseph gabriel angelus venit ad eam ignoráte ioseph ⁊ impregnata est de spiritu sancto luc. primo. Et statim de licentia ioseph abijt ad cognatam suam helisabeth vt ei pregnanti seruiret: ⁊ mansit ibi quasi tribus mensibus vsq̄ ad natiuitatem ioannis tunc redeunte maria vidit Joseph vterum eius grauidum ⁊ incurrit magnam suspitionē nec fuit mirum p̄opter longam marie absentiam. Et rursus tantum confidebat de sanctitate marie: q̄ videbatur ei quasi impossibile q̄ ipsa peccaret: vt ait Chrisosto. ¶ Dicendus q̄ istud verum est in quantum dicitur q̄ immediate vt angelus apparuit marie ⁊ fecūdata est q̄ iuerit ad helisabeth quia luc. primo angelus qui apparuit marie dixit ei. Ecce helisabeth cognata tua ipsa concepit filiuz in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi luc. primo. Et tunc dicitur q̄ maria exurgens in diebus illis abijt in montana cum festinatiōe ⁊ intrauit in domum zacharie: ⁊ sic immediate iuit postquā ei apparuit angelus. ¶ Item patet quia quādo angelus apparuit marie erat sextus mensis a conceptu helisabeth vt dictum est: ⁊ tamen maria stetit cum helisabeth vsq̄ ad natiuitatem ioannis luc. primo. Et dicitur ibi q̄ mansit quasi tribus mensibus cum helisabeth: ergo mox vt ab angelo salutata est iuit ad helisabeth quia alias non posset manere cuz ea tribus mensibus. ¶ Cum autem dicitur q̄ in regressu ioseph cognouit q̄ habebat in vtero etiam veruz est. Quia nō potuit ħ cognoscere ioseph anteq̄ veniret maria ab helisabeth: quia mox vt ab angelo salutata ē iuit ad helisabeth vt probatum est: ⁊ tamen non poterat cognosci eam habere in vtero vsq̄ post aliquot dies conceptus. Nam etiaz post vnū mensem quasi nihil videtur in regressu autem transierāt iaz tres menses a conceptu: ⁊ sic vterus intumesceret notabiliter ita vt cognosci posset: ⁊ tunc ioseph primo deprehendit. Nam tempore quo illa fuit cum helisabeth non erat ioseph cum ea: quia ipsa manebat ibi ad seruiendum cognate sue: ⁊ non erat optimum manere ibi per tam longum tempus Joseph: cum ea maxime: quia nondum erat maritus: sed sponsus quia nondum erāt celebrate nuptie. Unde manebat maria in potestate parentum ⁊ non Joseph. ¶ Nam ⁊ ioseph non iuit cum ea in domum zacharie quia lucas non facit de hoc mentionem: sed solum q̄ maria exurgens abijt in montana cum festinatione: ⁊ tamen alijs vicibus cum ibant simul fit mentio de ioseph: vt patet sequenti. c. cum iuerunt in in egyptum: q: dicitur q̄ ioseph accepit illam ⁊ puerū ⁊ iuit in egyptum. Et luc. scō dicitur q̄ iuit ioseph cum maria in bethleez vt profiterentur ibi. Et. e. c. dicitur quomodo ⁊ Joseph ⁊ maria ascendebant singulis annis in die festo. Hic autem non fit mentio quando iuit ad helisabeth. Et causa videtur esse quia adhuc erat sponsus: ⁊ nondum fuerat sibi tradita virgo. Non potuit ergo cognoscere ioseph q̄ haberet i vtero: quousq̄ redijt de domo helisabeth. ¶ Quod autem dicit q̄ iuit maria de licentia ioseph ad helisabeth nō fuit necessarium: quia nondum erat in potestate eius sed parentuz suorum: cum nondum essent celebrate nuptie: nec ipsa tradita ei. ¶ Cum dicitur q̄ angelus apparuit marie nesciēte Joseph certum est: quia alias licet vidisset eam postea pregnantem non dubitasset de conceptu: cum angelus prenunciasset marie q̄ impregnaretur de spiritu sancto. Fuit autē ħ nesciente Joseph: quia ipsa adhuc manebat in domo paterna: quia nondum erat tradita viro: ⁊ sic rationabiliter ille istam apparitionem ignoraret. Dicitur autem. ⌊Joseph autez vir eius. ⌋vocatur vir ideſt sponsus: quia licet per sponsalia de presenti sit verum matrimonium: nondum vocantur homines viri vel mariti: sed solum sponsi quousq̄ nuptie celebrentur. ¶ Nunc autem nondum erant nuptie celebrate. ⁊ tamē vocatur ioseph vir: quia scriptura solet accipere virum p̄ sponso ⁊ econtrario. Ut ait hieronym⁹ super Mattheū. ⌊¶ Cū esset iustus. ⌋Erat Joseph vir valde iustus. Et ħ satis credē dum erat etiam si scriptura illud non expressisset. Quia non erat verisimile q̄ deus matrem suam virginem ⁊ filium suū vnigenitum poneret in manibus hominis peccatoris: quia magna ex hoc pericula sequerentur: maxime cum virginitaz marie seruanda esset. ⌊Et nollet eaz traducere ⌋ideſt nollet eam ducere in domum suam ⁊ nuptias celebrare scilicet vidit eam pregnantem ⁊ sciebat q̄ ipse non cognouerat eam: arguebat necessario q̄ ipsa fornicata fuerat. Jdeo cum ipse esset iustus nolebat eam accipere: quia per ħ videbatur fauere delicto eius: ⁊ videbatur q̄ cum ipsa non erubuerat fornicari anteq̄ nuptie celebrarentur minus erubesceret postq̄ celebrate essent: quia liberius illud posset agere cum minus posset deprehendi ⌊voluit occulte dimittere scilicet voluit ⌋recedere de terra illa occulte nesciente maria: vt non teneret eam in vxorem post fornicationem quam putabat.

¶ Aliqui dicunt q̄ nolebat eam traducere ideſt nolebat eā infamare scilicet dicendo eam adulteram. Jdeo voluit recedere occulte. ¶ Sed dicendum q̄ non accipitur traducere p̄o infamare: sed p̄o accipere in potestate. Nam tunc dicitur vir traducere feminam quando eam in domum suam ducit: siue in potestatem accipit. Et iste est modus loquendi inrium antiquorum scilicet q̄ ad ħ q̄ matrimonium sit legitimuz: mulier debet esse viro tradita: ⁊ ab eo traducta. Et istō est accipere eam p̄opzie quantum ad potestatem. Sic accipit Magister in. 4. di. distin. 27. scilicet qui tamen asserūt verum coniugium non contrahi ante traductionem ⁊ carnalem copulam ideſt anteq̄ ducatur sponsa in domum viri ⁊ accipiat potestatem in eam. ¶ Scō patet quia angelus p̄suasit facere ioseph id q̄ ipse facere nolebat: ⁊ tamen dixit ei Joseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam: ergo videtur q̄ ipse nolebat eam accipere p̄opter dubium ortum: ergo nolle traducere erat nolle accipere. ¶ Tertio patet q: ioseph deprehendit mariam esse pregnantē quādo nondum erant celebrate nuptie sed solum erat desponsatio facta: vt patet supra in littera scilicet ⌊cum esset desponsata mater eius maria inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. ⌋⁊ tamen quando mulier solum est despōsata nō dum est viro tradita nec in domum suaz traducta. Hoc ergo erat q̄ volebat facere ioseph: ⁊ est sensus q̄ iam erat despōsatio facta ⁊ intendebat ioseph celebrare nuptias ⁊ traducere mariam in domum suam. Cum tamen vidit eam p̄gnantem noluit traducere ideſt noluit accipere eam et celebrare nuptias. ¶ Quarto patet quia accipiendo traducere p̄ infamare non consonat littere: quia etiam dimittendo illam infamabat eam: immo si teneret eam non infamaret illaz: quia videretur concedere conceptum esse suum: dimittendo autē eam occulte infamabat eam manifeste: quia apparebat q̄ p̄opter fornicationem eam dimittebat: quia alias non recederet a patria occulte vt non acciperet vxorem. ¶ Quinto quia dicitur hic q̄ ioseph cum esset vir iustus nolebat eam traducere: ⁊ sic causa quare nollet traducere erat q: erat vir iust⁹: ⁊ tñ si accipiaz traducē p̄o infamare nō dī conueniens q̄ q: erat vir iustus nolebat eā infamare q: nō solū poterat eā infamare cuz ipa crimen videret comisisse: sed etiā poterat ad mortem persequi. Et tamen accipiēdo traducere ideſt accipere per nuptias consonat littere scilicet q̄ nolebat copulari: q: videbatur adultera: ⁊ melius erat talem dimittere: q̄ accipere: quia accipiendo dabat ei occasionē ad vlteriora crimina: permittendo illud multum. Jsta videtur vera sentētia littere: licet Joan. Chrisosto. Potius teneat q̄ iam erat traducta: ⁊ q̄ traducere sit hic infamare. Et idem tenet aliquo modo sanctus Tho. 3. parte summe. q. 29. articulo secundo. Non tamen concordat satis intentio eorum littere.

¶ An Joseph potuisset accusare mariam ad mortem.

Questio. XXXIIII.

Queritur an ioseph poterat accusare mariaz ad mortem. Aliquis dicet q̄ sic: quia videbatur adulterata: ⁊ erat articu. necessariuz cum ipsa con-

A Expō littere.

B

C

D

E

F

G

D

ℋ

ℋ¹ 3

ℋ K

Quō itelligaſ q̄ Joseph noluit traducere mariā exponit p̄io. L

Traducē quid sit. Magr sen.

M

2° N

3° ℋ

O

4°

P

5°

Chrisosto.

Tho. 3. pte

Q. xxxiiij

A Rñsio ad q̃ situ q̃nis.

cepisset ⁊ vir suus non cognouisset eam. ¶ Dicendum tamen q̃ ioseph licet accusare posset q̃ verisimilem causaz habebat: tamen non poterat conuincere dominam nostraz ad mortem. Poterat enim Joseph procedere cõtra mariam tripliciter. ¶ Uno modo tanquã fornicata esset antequam desponsaretur: vel saltem antequam nuptie celebrarentur.

¶ Alio modo per viam adulterij: scilicet q̃ violasset thoruz viri adulterando cum alio viro. Et istud poterat esse duplicit scilicet in iudicio hominuz: vel in iudicio dei de primo patet. Nam si sponsus diceret q̃ non fuerat inuenta virginitas in puella ⁊ h̃ constaret scilicet ipsa non ostendẽte signa virginitatis sue lapidãda erat Deutero.22. Isto modo nõ posset condemnari maria: quia ad h̃ erat necesse q̃ nuptie primo fierent. Et si tunc diceret vir q̃ non inuenerat eam virginem oportebat q̃ parentes puelle expanderent vestimentum ideſt stramenta lecti in quo fuerat consumatum matrimonium ⁊ ex illa erant ostendenda signa virginitatis Marie. Tamen nondum fuerat cognita viro quia nondum nuptie erant celebrate: ió ioseph nõ poterat intentare talẽ actionem quousq̃ nuptie celebrarentur. Quod faciendũ nõ erat Si tamen factum fuisset: apparuisset illã virginem esse sicut erat: ⁊ non posset conqueri Joseph. Et si querẽtur constaret ex signis virginitatis eiz calũniatuz ⁊ flagellaretur ⁊ solueret quinquagita siclos patri marie Deute.22. ¶ De scõo patet q̃ si mulier adulterata poterat accusari in iudicio humano ⁊ si conuinceretur lapidaretur tam adulter quã adultera: leui.20. Et sic fuit de susana que ꝓiecta de adulterio licet per falsos testes educebatur ad lapidandũ Danie.13. ¶ Istũ modũ nõ poterat tenere ioseph. Primo q̃ non cõstabat an fuisset adulterium. Nam dato q̃ appareret de cõtentu non constabat an ante contractũ matrimoniũ fornicata esset vel postea: quia sic p̃i non erat adulteriũ: ⁊ tñ istud non erat possibile probari saltẽ quousq̃ pareret maria. Licet adhuc tunc non fiebat firma probatio propter ea que sequuntur.

B 2°mõ poterat ꝓcedẽ p̃

¶ Scõo q̃ non habebat testes aliquos ioseph ad probandum istud adulteriũ nisi falsos vellet inducere sicut inducti sunt contra susanaz: Daniel.13. Aliogn accusatio non valeret imo potius ipse cõdẽnaretur q̃ deficiebat in probatiõe obiecti criminis per accusationez. ¶ Si autẽ dicas q̃ sufficienter probaret h̃ ioseph ex euidentia rei. ſ. q̃ ipsa p̃gnans erat ⁊ ipse nõ tetigerat eaz. Dicendũ q̃ ista probatio deficiebat primo q̃ dato q̃ appareret eã esse p̃gnantem nõ tamẽ constaret de ista negatiua. ſ. q̃ ipse nõ cognouerat eam: ſz potius econtrario ꝑsumeretur q̃ ipse cognouerat eam: q̃ iam erat sponsa sua ⁊ conceptus concordabat in tpe q̃ impregnata fuerat postquã desponsata erat luc.j. ¶ Scõo deficit probatio: q̃ si vellet ioseph ꝓbare eam adulteratã q̃ verus erat tumens probaret ipsa se eẽ virginẽ q̃ claustra manebant illesa: cuz manifeste h̃ posset apparere iudicio matronarum: licz iura dicant q̃ sepe man⁹ fallitur ⁊ occulus obstetricuz: ⁊ tñ cum in criminibus ad ꝙincendum aliquem probationes debeant esse luce clariores: ⁊ ipa haberet rõnabilem defensionẽ adhuc non existẽte alia cã iudices nõ possent iuste cõdẽnare: illam: nec etiã oino absoluere: sed in talibus requirerent iudiciũ dei qõ iudei in multis requirebant.

C Iosephnõ potuit accusare mariaz i iuditio p̃ q̃ nõ cõstabat de adulterio.

D 2°q̃ testes nõ poterat inducere.

E 3°q̃ p euidẽtia sci nõ poterat h̃ ꝓbare.

F

G 3° mõ poterat ꝓcedẽ

¶ De tertio modo pz: q̃ aliq̃ viri ꝓcedebant contra vxores ex solis presumptionibus adulterij non existente aliqua probatione: ⁊ tunc non contendebant iudicio humano ſz diuino: faciendo q̃ mulier se purgaret per quasdam cerimonias legis numeri.5. Isto modo non poterat condẽnari virgo: q̃ factis illis cerimoñs. ſ. cum mulier bibisset aquas amarissimas si fornicata fuerat itumescebat vẽter ei⁹ ⁊ rupto femore moriebatur: si autẽ non fuerat fornicata illesa manebat ⁊ deus dabat ei liberos numeri.5. si ⁊ h̃ iudicio purgãda esset domina nostra cũ illa esset innocens nihil mali pateretur: ió ioseph nullo mõ poterat virginẽ ꝙincere ad h̃ q̃ lapidaret.

Nullo mõ potuisset ioseph ꝙincẽ. b. mariã de adulterio vel de amissa vgi.

¶ An Jo. peccasset capiẽdo. ma. i vx. cũ ista suspitõe. Q.35.

A Oppo q̃rũdã q̃ nõ ꝓ q̃ fuisset opus charitatis.

Queritur an ioseph peccasset traducẽdo. i. capiendo mariã in potestatez suaz: aliqs dicet q̃ nõ: q̃ potest quis accipere in cõiugem eaz que sepe fornicata est. ſ. publicã meretricẽ. ⁊ nõ solũ potest sed etiã meretur accipiendo: ⁊ iudicatur de magnis operibus caritatis vt patet de spon. c. inter opera ¶ Jtẽ si peccaret ioseph accipiendo mariaz q̃s credebat fornicatam videtur q̃ teneretur quilibet dimittere vxorẽ suaz quãdo fornicat: ⁊ tñ nõ teneſed potest eaz sibi recõciliare ⁊ manere cũ ea: prima co:. 7. ſ. pcipio nõ ego sed dñs vxorẽ a viro nõ discedere: q̃ si discesserit manere inuptã aut recõciliari viro suo. Et h̃ itelligit de cã fornicatiõis. j. 5. ⁊. 19. ergo vxorẽ fornicatã põt vir sibi retinere. ¶ Jtẽ si diceretur q̃ vir nõ posset retinere vxorẽ fornicariã sed dimittere illaz: xp̃s illud expressisset per verba significantia permissionẽ: ergo non tenebatur ioseph accipere mariã. ¶ Jtem pz ex eo qõ seruat ecclesia ⁊ leges humane ſcz si fornicata vxore vir cõsentit habitare cũ ea: nemo cogit euz dimittere: per iudiciũ ecclesie separabit. Si tñ licituz non esset manere cũ ea iura nõ permitterẽt euz manẽ cũ ipsa propa sicut non pmitterent si eẽt vxor illegitima ſcz attinẽs ad eũ in aliquo gradu consanguinitatis vel affinitatis ꝓhibito: non tñ vetant manere: g̃ põt sine pctõ manere cuz illa.

3ª q̃ xp̃s ꝓhibuit

4ª ex vsu ecclesie

¶ Jtẽ si peccaret manẽdo cũ illa cogeret eã accusare q̃ nõ poterat eã abũcere siue per legẽ ecclesiasticã siue ciuilez nisi accusando: ſz in foro ecclesiastico ꝓcedat solũ ad diuortium q̃ ecclesia nihil aliud põt facere: in foro autẽ ciuili ꝓcedit ad sentẽtiã capitalẽ in vltionẽ criminis. Nemo tñ xp̃ianus cogitur accusare: cũ sit lex xp̃i lex mſe: ⁊ ipe neminẽ voluit accusare: ſz potius accusatã de adulterio q̃ vere adulterata fuerat ab accusatoribus deffendit: iubens ei q̃ amplius nõ peccaret io.8. Ergo nec nos accusare tenemur potissime q̃ apostolus 2ª ad Thimo.2°. dicit q̃ seruũ dei nõ opz ligitare: sed accusare esset litigium imo est litigium rigorosuz cũ sit causa criminalis. ¶ Jtẽ si vxor alicuius fornicata fuerit põt vir ei pcere: ⁊ si pepcerit nõ stat aliqõ ipedimẽtũ ad manẽdũ cum ea. Ergo nõ cogit dimittẽ illã: pz Mat.18. cũ Petrus q̃siuit a xp̃o quoties parcendũ ẽ ꝓximo peccãti cõtra nos an solũ vsq̃ septies ⁊ xp̃s ei dixit. Nõ dico tibi vsq̃ septies: sed vsq̃ septuagesies septies. ¶ Dom q̃ videbat aliq̃liter ipi ioseph pctm̃ ee accipere mariã celebrãdo nuptias: cuz crederet eam adulteratã. Hoc aũt erat: q̃ per h̃ ipse celabat crimẽ eius: et dabat occasionẽ ad plura. Nam si ipsa cũ nondũ esset ab eo cognita nõ timuerat nec erubuerat fornicari vt ipe credebat quãdo manifeste dep̃henderetur: minus erubesceret postq̃z ab eo acciperet q̃ tunc liberius posset fornicari. Et dato q̃ gigneret: nõ appareret an ex adulterio vel ex marito. Est autem pctũ dare alicui occasionẽ peccandi: ió Joseph nolebat eam accipere ⁊ h̃ significat lra cũ dicit. ⌊ Joseph aũt cuz eẽt vir iustus nolebat eã traducere ⌋. i. accipẽ. Si tñ ioseph credidisset q̃ accipiendo eã nõ daret ei occasionẽ ad peccãdum vlterius: nõ videret q̃ peccaret eã accipiendo. Sed obiciet q̃ etiã si Joseph credẽt q̃ vlterius nõ erubesceret fornicari non peccaret accipiẽdo eaz, q̃ sicut nõ erubesceret fornicari manẽdo cũ eo ⁊ nõ erubuerat p̃i⁹ anteq̃z eẽt cũ eo: nõ erubesceret etiã si ipse nõ acciperet eã ⁊ maneret qualitercũq̃z.

3ª q̃ xp̃s ꝓhibuit

4ª ex vsu ecclesie

5ª q̃ nõ cogit vir accusare vxorem adulteram.

6ª q̃ vir potest. pcẽ adulteranti vxori

B Rñsio auctis.

Obiciet

C Rñdet obiectõi

¶ Dicendũ q̃ sorte ioseph credebat q̃ si ipse non acciperet eã ⁊ maneret penes parentes suos q̃ forte castigaretur alio mõ ne in silia icideret. Dato tñ q̃ putaret Joseph q̃ ipa apõ quẽcũq̃z manẽdo fornicaret sic nũc putabat fornicata: ⁊ sic credebat q̃ fornicaret manẽdo apõ ipuz nõ peccabat dimittendo: imo et si putaret q̃ magis fornicaret manẽdo penes alios q̃s penes se nõ peccabat dimittẽdo: ſz bñ faciebat. Q̃ si fornicaret manẽdo apud ipsuz h̃ faceret in spe vellãdi crimen sub colore mariti: ⁊ sic ipse ioseph p̃staret occasionẽ ad hoc. Uolebat tñ ioseph potius eligere q̃ alij eẽnt sibi occasio mille criminũ: q̃s q̃ ipe eẽt illis occasio vnius: cũ qlibz de suis rõnẽ reddẽ teneat. ¶ Cũ aũt obiciẽ de cõditiõe vxoris fm legẽ xp̃i nõ est sile pp duo. ¶ Prio q̃ oia que allegata sunt tenẽt verũ in mrimonio ꝓsumato: secus aũt de nõ cõsumato. Q̃ illud põt dissolui saltz p introitũ vnius eoz in religionẽ: cõsumatũ aũt nõ põt sic dissolui. Jõ cũ nõ possit dissolui est facilius retinere eã quã hz q̃s nõ recipere eaz quam nondũ hz. ¶ Scõo ⁊ p̃cipue pp differentiã legis xp̃i ad legẽ veterẽ. Nã in veteri poterat matrimoniũ dissolui ex quacunq̃z causa. ſ. q̃ quomodocũq̃z vxor nõ placeret viro poterat ei dare libellum repudij deuteronomij.24. ⁊ ibi declaratuz est. Nunc autez non põt matrimoniũ dissolui: nec ẽt pp formationẽ. Q̃ ſz possit fieri separatio quantuz ad thorum: non separantur oino: q̃ nullus eorum potest altero viuente transire ad alium matrimoniũ: ideo q̃ aliquis recõciliet sibi illam quã non potest oino abũcere est rationabile ⁊ non est vetitum: maxime q̃ dato q̃ vir ⁊ vxor separentur quãtũ ad thoz si ipsa postea fornicatur adhuc potest eam vir accu-

D Rñdet tacite obiecti oni. ꝑ.

sare q̃

sare: qz matrimonium manet. Est igitur semper occasio mulieri ad fornicandū sub pretextu viri. s. in quantum nō accusat eam ad mortez cum posset accusare. Et sic pauca vtilitas videtur esse q viri separent ab vxoribus solum quātum ad thorz: ideo facile est virum reconciliari mulieri fornicanti in nouo testamento: etiam si fornicetur: duz tamen ipse caueat hoc quātum poterit. Secus aūt in veteri testamento vbi vir poterat libere dimittere vxorem ex quacūq causa etiaz postq̄ accepisset. ideo si crederet vir q vxor sub colore eius fornicaretur non solū licebat ei non accipere illam: imo peccare videbatur accipiendo illam cum posset non accipere eam: sz accipere quācūq aliam. Et ita erat de ioseph. Et per h patet ad omnia argumenta: qz illa tenent quātuz ad vxores in nouo testamēto. Et est diuersus status z ratio vt declaratū est

¶ An ioseph peccaret occulte dimittendo vxorē. Q̄ō. 36.

Queritur an ioseph peccaret dimittendo occulte vxorez. ¶ Aliquis dicet q sic: qz per h infamabat illam. s. qz apparebat q propter adulteriuz dimiserat illam ergo peccabat. ¶ Dicendum q non peccabat ioseph dimittendo: qz istud faciebat tanq̄z iustus: cum dicatur in littera q ioseph erat vir iustus z nolebat eam traducere: sed occulte dimittere. Justitia tamen non habet actuz malū: ergo bene faciebat. ¶ Item patet qz si ioseph peccaret volēdo dimittere quando angelus apparuit ei arguisset illum de hoc: sed non arguit sed solum abstulit ei suspitionem ꝓpter quam mouebatur: ergo videtur q si verum esset q suspicabatur ioseph q non peccabat dimittendo: alioquin angelus increpasset euz: vel saltem ostendisset ei q iniustuz faciebat volendo eam dimittere. ¶ Cum autem obȳcitur q infamabat eam dicenduz q infamare dupliciter accipitur. ¶ Uno modo. i. crimen falsum alicui publice apponere. ¶ Alio modo verum crimen vel defectum aut ignominiam alicuius declarare. ¶ Primo modo infamare semper est peccatum grauissimum: tum quia falsa dicuntur z pernicioſe: tunc qz ista redundant in magnū preiudicium eius qui infamaf. ¶ Secundo modo infamare contingit dupliciter: qz aut habet qs causam legitimaz dicendi: aut non. Si primo modo infamare non est peccatuz: qz non est proprie infamare: sed infamatum aut se infamantez ostendere. Et hoc est quando quis in prosecutione iuris sui ꝓpriū publicat crimina alterius vtpote opponendo eam per viam exceptionis: vt repellat euz ab agendo vel testificando: vel ab aliquo honore consequendo in quo ambo sunt competentes. Et non potest aliter causaz suam sufficienter prosequi vel saltem non tam conueniēter sicut abȳciendo illa crimina. Jta etiam quando quis in prosecutione iuris sui directe accusat alterum de crimine: quantumcūq z qualecūq illud sit. Nam in h nulla iniuria fit accusato vel ei cui obȳciuntur crimina per viam exceptionis: quia nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo. Sic etiam est quando quis cogitur a iure dicere crimina alterius sicut est de monitione fraterna cuius tenorem obseruando possunt crimina alicuius multis publicari si ipse non vult per ꝑmaz admonitionem cessare. Matth. 18. Sic etiaz si quis cogatur a iudice: sicut in eo qui producitur in testem. Nam cogit dicere verum de omnibus illis de quibus interrogatur quantumcūq sint pessima z in preiudicium alicuius. Et isto modo non infamaret alium. ¶ Si autez accipiatur secūdo modo. s. quando quis sine prosecutione iuris sui aut coactione facta a iure vel a iudice manifestat peccata alterius que occulta erant dicitur eum proprie infamare: z peccat licet illa peccata vera sint que dixit: z sic cum nunc appareret manifeste ipsi ioseph domunam nostram fornicataz esse: quia erat fecunda: z ipse non cognouerat eam: poterat illam iuste infamare vel magis proprie peccata illius diuulgare: non solum indirecte. s. occulte illam dimittendo: sed etiaz directe. s. peccatum eius publicando vel eam accusando. ¶ Sed obȳcietur q non poterat iuste facere: quia non erat verum crimen pro quo volebat eam dimittere ioseph siue infamare.

¶ Dicendum q pro eodem accipitur in iure esse aliquid verum vel probari esse verum tali probatione in qua iura non dubitent. Et sic falsuz probatuz per testes de quibus non cōstet esse falsos habetur in iure ac si esset verissimum. Et non requirunt iura maiorem probationem: qz maiorē habere nō possunt. Jta causa quā nunc habebat ioseph contra mariaz erat necessaria de iure. s. cōcepit: ergo erat cognita ab aliquo viro. Jdeo licet posset per deum falsificari ista probatio sicut factum est. s. concipiente ista muliere de spū sancto: quātum ad ioseph tñ vt iuste moueret non videbatur differre q posset falsificari vel q esset simpliciter necessaria. Jdeo iuste poterat eam dimittere vel intentare contra eaz quicquid intentari posset ptextu criminis presumpti si illud verū esset quo usq̄z deus qui talem ꝓbationem falsificabat que fm naturā tenebat responderet pro illa: quā ad hunc casuz deduxerat. Et sic factum est: qz ioseph ista cogitante contra virginē angelus dixit ioseph [noli timere z c.]

¶ Cur ioseph non fecit purgari ab infamia beatā virg. quā credebat fuisse fornicatam. Questio. xxxvii.

Queritur cum ioseph crederet dominam nostraz vere fornicatā cur non faciebat eaz purgari fm legē: vel cur non accusabat eam. ¶ Respondendū q si accusare vellet poterat duobus modis. s. vel tanq̄z fornicatam ante matrimoniū vel post matrimoniū. ¶ Primū nō poterat: qz nōdum acceperat eaz in coniugē celebrando nuptias z consumando matrimoniū. Et tñ istud habebat locū quando maritus cognouisset eam non esse virginem deutero. xxii. Joseph tñ nondum celebrauerat nuptias nec eā cognouerat: ideo non poterat intentare talē actionē. ¶ Secundum modū accusationis. s. q fornicata est post matrimonium nō poterat intentare: qz istud habet locum consumato matrimonio manente vxore in domo viri. Nunc autē nō sic erat: cuz nondum esset confirmatuz matrimonium inter mariam z ioseph: sicut nec postea consumatum est. ¶ Item quia ad talem accusationem oportebat q testes produceret ioseph contra mariaz qui legitime probarent. numeri. v. Sz testes non habebat ioseph: qz cum res non facta esset nō poterat ab aliquo sciri aut videri. Manebat ergo ioseph solum q cogeret mariam ad h q se purgaret per aquas amarissimas: quia ista purgatio erat data in subsidium viris contra vxores quando non habebant testes ad probandum adulterium: z suspicabantur contra vxores. Numeri. v. Erat tamen dubium an ioseph posset cogere mariam ad subeundū istam probationem: qz illa videtur habere solum locum post matrimonium consumatum: qz loquitur in viro z vxore. numeri. v. Est tamen verum si ioseph marie iuberet q subiret istam purgationem: q ipsa non dubitaret subire: qz innocens erat. ¶ Alia causa quare ioseph non curauit de ista purgatione fuit: qz iustus erat vir z suspicabatur z nesciebat veritatem: z tamen ioseph non dubitabat nunc de fornicatione cum videret eam pregnantem ideo non erat necessaria sibi ista probatio. ¶ Alia causa vt quidaz volunt. s. qz ioseph dato q vellet intentare accusationem vel cogere mariā ad purgationem habuit modicum tempus. Quia dum ista cogitaret anteq̄z possz aliquid exequi apparuit ei angelus domini qui certificauit ipsum de dubio: vt patet in littera. Dicenduz q h verum est: z tamen ioseph non intendebat experiri aliquē modū istoz contra illā: sed iaz diffinierat quid ageret. s. q dimitteret eaz occulte. ¶ Sed diceret. Quare ioseph nō consumauit matrimoniū z postea cōquereret de illa q non inuenerat eam virginē: qz tunc locū haberet illa actio. ¶ Dicendū q si ioseph adhuc expectaret interiz angelus apperet ei z impediret ista fieri certificans eū de dubio sicut factum est: z tñ ioseph etiā nō intēdebat istud dato q angelus ei nō apperet: qz forte abominabat eam: cū crederet ipsaz fornicatam: etiā putabat esse pctm̄ q vellet ꝓiungi adultere: maxie cū non intēderet eā tenere in vxorē. Et sine dubio pctm̄ essz tunc qz non cognosceret eā affectu maritali: sz magis ad nocendum. Et ideo cū esset vir iustus non faceret h.

¶ Quare ioseph voluit. b. v. occulte dimittere: cum eā posset manifeste relinquere. Questio. xxxviii.

Queritur q̄re ioseph voluit dimittere eā occulte: cū posset eam dimittere manifeste.

¶ Dom q aliquo mō fecit ioseph pp se. s. qz si manifeste illaz dimitteret oporteret q daret ei libellū repudȳ: qz nō erat alius modus dimittēdi. Nā alꝰ si mulier iuberet alteri possz accusari vel ille libellus q testabaf matrimoniū dissolutū liberabat eā ab oi actione viri siue alteri nuberet siue fornicaref: sicut si vir essz mortuus qz tūc est soluta mulier a lege viri. ad roma. vii. z prima cor. vii. Non poterat tamen ioseph dare marie libellum repudȳ: qz solum datur post matrimoniuz consumatū vt ꝓbatū est deutero. xxiiii. cū ibi dicatur si acceperit homo

Opinio q̄rundā rñsio ad questiū q̄nis q non. A ꝑ 2°

rñdetur obiecto. Dupl'r pōt q̄s i famare alium. B ꝑ° mō 2° modo dupl'r ꝑ° mō

2ō mō

Obȳcit

Rñsio C

Responsio ioseph non accusauit vl' purgari fecit. b. vgi. prima cā. primus modus accusationis. Scōs modus accusationis.

2ª cā B

3ª cā C

4ª cā D

Instatur

Rñsio: E

Rñsio ad q̄situz q̄nis Voluit ioseph potius occulte q̄z manifeste. b. vgi. relinq̄re pp quatuor cās. prima cā A

rit homo vxorem ⁊ habuerit eam .i. si acceperit homo vxorem per desponsationē per verba de presenti que faciunt matrimonium ⁊ habuerit eam: scilicet in potestate ⁊ domo sua consumato matrimonio: tunc si non inuenerit' gratiā in oculis eius poterit ei dare libellum. Joseph tamen nondum tenebat mariā in ptāte ⁊ domo sua: cum dicatur ꝙ nolebat eā traducere: ergo non poterat dare libellū repudij. ¶ Si aūt credat aliqs ꝙ habebat eam iam in domo: cuius tamen nondum esset consumatum matrimonium nō poterat ei dare libellum nisi forte vellet consumare matrimoniū ad h ꝙ posset dare libellum. Et tamen h volebat ioseph propter causas assignatas precedenti questione. Jdeo melius dimitteret ioseph mariam occulte vt nō cogeretur ei dare libellū. ¶ Secunda causa fuit ad non infamandum eam vel ad parum infamandum. Nam si dimitteret eam publice etiaꝫ sine libello oportebat ꝙ conquereretur de ea: dicens se illam dimittere: qz fuerat fornicata. Nunc aūt cum occulte dimitteret eaꝫ: ꝫ aliquo modo infamaret ipsam: non tamen tantuꝫ sicut si publice dimitteret. ¶ Tertia causa qz si ioseph vellet dimittere eam publice. s. manendo in patria oportebat ꝙ daret ei libellum vel accusaret eam. s. qz accusatio erat pro crimine: libellus erat si mulier non placeret ei etiam sine crimine: ⁊ tamē libellum non poterat dare nunc ioseph propter causam supdictā: ideo oportebat ꝙ accusaret eam si publice dimitteret. Hoc autem nolebat: qz forte miserabatur eius nolens ꝙ occideret: ideo voluit occulte dimittere. ¶ Quarta causa fuit propter verecundiā. Nam siue ioseph accusaret eaꝫ de adulterio siue cōqreret erubesceret. s. ꝙ vxor eius fornicata esset: ideo vt non cogeretur pati istam verecundiam voluit eaꝫ occulte dimittere. ¶ Sed dicetur ꝙ ioseph iniuste agebat: qa cum dimitteret illam ⁊ non daret ei libelluꝫ repudij cogebat eam sic manere: ⁊ non poterat transire ad alium virū ꝙ posset si habuisset libellum: ⁊ sic cogebat eam. ¶ Dicendum ꝙ non peccabat: qz ipsa videbatur esse in culpa vt maiora pati deberet cum videretur ei fornicata: etiā ei erat vtilius manere innuptam q̄ transire ad alium virū vt videbat ioseph cū esset pregnans ⁊ non appareret de quo viro: ideo nihil iniustum faciebat ioseph.

¶ Quomodo poterat ioseph mariam occulte dimittere.

Questio. XXXIX.

Queritur quō poterat mariam ioseph dimittere occulte. Nā vī ꝙ nō poterat: qz ad h necesse erat ꝙ recederet de terra ⁊ nūq̄ rediret ad eam: Qz si ibi maneret dimitteret manifeste mariaꝫ. s. qz cogeretur dare causam quare dimittebat. s. dando libelluꝫ vel accusando: ideo oportebat ꝙ fugeret de terra. Etiā oportebat ꝙ nūquā rediret ad eam: qz alias cogeretur tunc dare rationem quasi dimisisset illam. Et h ipse nolebat. Et tamen videt ꝙ ioseph non poterat licite dimittere terram totaliter: qz omneſ iudei obligabantur ter in anno ascendere in templuꝫ domini exo. 23. ⁊ 34. ⁊ deuteronomij. 16. Si tamen de terra fugeret nō rediturus in eam non posset ascendere in templum domini ad festiuitates istas: ipse tamen ad eas ascendebat singulis annis in templum cum maria coniuge sua Luc. 2. ¶ Dicendum ꝙ non obligabantur omnes iudei ascēdere ad istas festiuitates ter in anno nec etiam aliqua vice nisi illi qui erāt in terra chanaam: vt colligitur numeri. 9. s. ꝙ ille qui erat in peregrinatione non cogebatur venire ad faciendum phase tempore suo. s. 14. die mensis primi. Et tamen istud erat festum principuum omnium triuꝫ. Ergo a fortiori poterat tempore aliorum esse absens. Maxime autem qz multi iudei habitabant extra terram chanaam per omnes nationes fere: vt patet actu. 2. s. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Et nominantur ibi nationes plurime. Et sic iudei multi morabantur in omnibus illis nationibus cum dicatur ꝙ isti iudei audierunt apl'os loquentes linguis ipsorum in quibus nati erāt. Ergo isti erant iudei. s. de stirpe iudeorum: qz alias non vocarentur iudei sed proseliti vel aduene: qz ita vocat eos semper lex. Et etiam. e. c. fit ista differentia quia postq̄ positi fuerunt multi iudei eorum genere dicitur ⁊ aduene Romani. i. conuersi ad iudaismuꝫ de romanis. Et patet magis ex eo ꝙ sequitur. s. iudei quoq̄ ⁊ proseliti. Et sic fit differentia iudeorum ⁊ proselitorum. Et tamen proseliti sunt conuersi de gētilitate ad iudaismum: ergo iudei sunt qui ex genere iudeorum sunt: ⁊ tamen ibi erant iudei ex omni natione que sub celo est: ⁊ dixerunt se audisse apostolos loquētes linguis in quibus ipsi nati fuerant. ergo in omni terra erant iudei. De illiſ tamen manifestum est ꝙ nō ascendebant ad festiuitates ter in anno: sicut patet de parthis ⁊ helamitis qui sunt multuꝫ propinqui orienti: ⁊ etiam si vellent non possent venire: qa eundo ⁊ redeundo semel in hierusalem quolibet anno expēderent quasi totum annum. ¶ Jdeo dicendū ꝙ isti qui erāt extra terram chanaam non veniebant in templū domini ad istas festiuitates: sed solum qui erant in terra chanaam. Et quia aliqui erant de eis valde deuoti ad istas cerimonias ⁊ omnes solemnitates ⁊ de terra sua venire non poterāt: ideo volebant potius habitare in hierusalem ideo dicitur. Habitantes iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. ¶ Si autem omnes iudei obligarentur venire ad festiuitates in templum obligarentur indirecte ad non habitanduꝫ in terris illis sed habitandum in terra chanaam vel in propinquissimis partibus vt possent ter in anno venire ad istaſ solemnitates. Sed hoc falsum est: qz tunc omnes isti essent in malo statu ⁊ inobedientes legi: ⁊ iudei qui essent in terram non cōmunicarent illis tanquā hereticis vel non obedientibus legi: ⁊ tamen cōmunicabant cum ciſ ⁊ vocabant eos fratres: sicut scribit iudas machabeus iudeis qui erant in egypto secundo machabeorum primo. ¶ Jtem quia si illi non essent in bono statu manentes extra terram chanaam per h impediretur ⁊ diminueret cultus diuinus. Quia cuꝫ iudei essent tempore illo veri cultores dei: quanto in plures gentes ⁊ terras essent dilatati tanto magis cresceret cultus diuinus: ⁊ conuerterentur alique de illis nationibus: sicut aliqui de romanis conuersi erant ad iudaismum: act. secundo scilicet ⁊ aduene romani. Ergo licebat iudeis habitare in quacūq̄ terra: etiaꝫ si iudei non venirent vel non possent venire ad festiuitates in templum domini. Unde multe gentes de istis nunq̄ veniebant in hierusalem: ſ si aliqua statuta vel declarationes aut innouationes fierent circa statum legis aut circa ritum viuendi: illi qui erant in hierusaleꝫ trā smitttebant ista omnibus iudeis qui erant diſperſi per aliaſ nationes. Sic patet secundo machabeorum primo. cum iudas ⁊ populus qui erat hieroſolpmis ⁊ in iudea scripſerūt omnibus iudeis qui erant in egypto de festiuitate purificationis templi quam nouiter instituerant: ⁊ de die ignis qui datus est sub neemia ꝙ amboſ dies solemnes agerent sicut ipſi in iudea facere instituerāt. Et scripſerūt eis causas quare h fecerant. Jta ergo dicendum ꝙ ioseph poterat manere extra terram chanaam inter iudeos in aliqua natione remota: ⁊ nunq̄ veniret in hierusalem nec obligaretur: ⁊ sic non daret causam quare dimitteret mariam. ¶ Sed dicet ꝙ forte ea que dicta sunt habent locum in illis iudeis qui semel diſperſi ex aliqua causa morabantur postea in illis nationibus: ⁊ ibi nascebantur filij ⁊ posteri eorum: secus autem de illo qui nunc sponte vellet recedere de terra chanaam ad aliquas remotas partes: de quibus postea non veniret ad festiuitatem temporibus debitis: ⁊ sic esset de ioseph. ¶ Dicēdum ꝙ etiam ex causa voluntaria licebat alicui ire extra terram chanaam: ⁊ ꝙ non veniret ad solemnitateſ: sicut patet de negociatoribus qui ibant ad diuersa loca extra terrā chanaam ⁊ non poterant venire ad faciendū phase. 14. die mēſis primi poterant facere illud mense secundo numeri. 9. Et tamen illa maior omnium solemnitatum. Et poterant iudei etiam de ipsa terra chanaam esse absentes ex causa voluntaria: scilicet ad lucra querenda per negociationes. Ergo poterat ioseph ire in quamcūq̄ terram vellet cum haberet causam satis rationabilem: etiam si nunq̄ rediret in tēplo domini. Quia in quacūq̄ terra poterat seruari tota lex iudeoruꝫ: preter quasdam cerimonias sacrificiorum. Que autem sint cerimonie legis que non poterant obseruari declaratum est in quadam questione. 4. reg. 25.

¶ Quare maria non dixit veritatem rei ioseph. Qō. XL.

Queritur cum ioseph esset ita turbatus ꝙ vellet dimittere mariam putans eam fuiſſe fornicatam: quare maria non dixit ioseph veritatem rei vt cessaret a turbatione. ¶ Respondet vno modo Nicolaus ꝙ talia secreta non sunt reuelanda nisi quantuꝫ se extendit

voluntas

voluntas diuina. Et ideo bene virgo tacuit: tenens firmiter q̄ sicut istud secretum fuerat reuelatum sancte Helisabeth vt habetur Luc. primo cum dixit vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me ꝛ sic cognoscebat eam esse matrē dei: sic reuelaretur alijs quibus esset opportunum tempore competenti iuxta diuinum beneplacitum. ¶ Hoc verū est: ꝛ tñ non est putandus q̄ virgo obligaretur omnino tacere: quia lz regulariter tacere deberet. Si tamen putaret vitam suam aut famam defendere reuelādo istud que aliter periclitaretur: poterat licite illa reuelare. Sic patet: q̄ nemo debet seipsum laudare: q̄ scriptura dicit. Laudet te alienus: ꝛ nō os tuum ꝓpter. 27. Si tamen quis non posset defendere ius suum nisi veras laudes suas proferendo: potest se ipsus licite laudare. Sic patet de beato Paulo. 2ª. cozin. xi. ꝛ. xii. vbi se volebat defendere contra quosdam falsos apostolos qui cōtendebāt se habere maiorem potestatem q̄s Paulus ex quo periclitabatur euangelium: ideo ipse laudauit se ibi nimium tam de reuelatiōibus q̄s de laboribus q̄s de potestate a christo tradita: ostendendo se excedere in immensum omnes illos. Sic etiam abdias dispensator regis achab timens mortem si exequeretur mandatum helie: orauit ipsum ne traderet eum morti. Et ad ħ enarrauit laudes proprias. ſ. quomodo ipse pauerat prophetas domini in abscondito custodiēs eos a facie iezabel. 3. reg. 18. Sic etiam regulariter non lz alicui laudare se in oratione: sicut patet de pharisco quem christus redarguit Luc. 18. quia dixit ieiuno bis in sabbō ꝛc̄. Et tamen si quis petat misericordiam a deo in magna aduersitate ad ħ q̄ persuadeat deo illud q̄ intendit potest exprimere laudes proprias in oratione: sicut patet de ezechia quando dixit ei deus morieris ꝛ non viues: orauit dicens. Obsecro domine: memento quomodo ambulauerim coram te in veritate ꝛ corde perfecto: ꝛ quid placitum est coram te fecerim. Ita nūc si domina nostra putasset defendere posse famā suam corā Ioseph reuelando istud secretum posset reuelare.

¶ Scōa cā fuit potius q̄ domina nostra non sciuit Ioseph turbatum: q̄ ista turbatio Ioseph durauit modicum: cū angelus apparuerit ei dū ista cogitaret: vt pz in lra ꝛ abstulit turbationem. Maria tñ nōdum erat in domo Ioseph sz parētus suos: q̄ nōdum erat traducta; vt pz in lra. ſ. q̄ Ioseph nolebat traducere eam. Et sic poterat esse turbatus Ioseph: ꝛ q̄ virgo illud non cognosceret. ¶ Tertia cā fuit q̄ dato q̄ virgo cognosceret cām turbationis eius nihil ei diceret: q̄ non proderat: cū Ioseph nō esset talia crediturus que totaliter excedebant nām ex testimonio vnius puelle: maxime cuz ipsa videretur talia fingere vt excusaret crimē suū. ¶ Quarta cā fuit q̄ factū est misterio diuino vt per angelū magis certificaretur: ꝛ non hret cām obiurgandi virginē: si ipsa ei circa talia loq̄ret volēdo excusare illud crimē q̄ manifestum appebat.

¶ Quare Ioseph nō quesiuit a. b. v. quō ꝛcepat. Qō. XLI.

Queritur quare Ioseph non quesiuit a maria quō se res hret. ¶ Dicēdū vno modo q̄ nō quesiuit: q̄ frustra erat querere: eo q̄ nō credidisset marie respondenti pro se ꝛ volenti excusare crimen suū. ¶ Scōo q̄ Ioseph si forte dubitaret q̄reret eā p̄gnantē ita vt occultare nō posset: iō frustra erat q̄ri ō re manifesta: nisi forte Ioseph vellet q̄rere de mō quo istud malus accidisset. Et ħ nō curabat petere: q̄ cum ipse crederet eam certissime fornicatam nihil videbatur differre an sic vel sic accidisset: q̄ quocūq̄z modo fuisset: ipse nolebat tenere vxorem fornicatā: sed illam dimittere. ¶ Tertio vt aliqui dicunt factū est q̄ Ioseph nō habuit tps ad ħ: cum eo cogitante circa ista apparuerit ei angelus dñi. Sed ħ non stat: q̄ q̄n prima vice vidit Ioseph cā pregnantem ꝛ ex ħ cepit turbari: potuerat ab ea querere super hoc: ideo non omisit querere: quasi nō habuisset tps ad hoc.

¶ Item pz q̄ si intēdisset Ioseph querere: nō determinasset quid ageret sup hoc: ꝛ tñ iam determinauerat q̄ dimitteret eam occulte. Ergo non omiserat querere ab ea pp tpis parvitatem. ¶ Quarto forte fuit q̄ noluit obiurgari eam. Naz si loquerēt sibi de tali re: erat mā tam scandalosa q̄ forte nō posset ptinere iram: ꝛ pcuteret virginē: sicut dr in. l. gracch⁹ C. de adul. de illo qui occidit adulterū quē inuenit cuz vxore ꝛ subditur ibi cā. ſ. q̄ tam iustū dolorem ptinere non potuit. Hoc aūt nolebat Ioseph: q̄ sic publicaret factuz ꝛ non haberet locum ad postea eam occulte dimittenduz sicut volebat.

¶ Quinto factū est vt credit dei dispensatione: ne virgo affligeretur ꝛ male tractaret q̄ Ioseph loquerēt ad eaz de hac re: ideo deus posuit in corde eius q̄ nō loqueretur illi.

¶ Quare ponitur hic turbatio Ioseph. Questio. XLII. Qō. 42.

Queritur quare ponunt ista hic. ſ. de turbatiōe Ioseph. ¶ Dicendū q̄ Mattheus intendebat hic declarare generationē xp̄i, esse supnaturalez. ſ. q̄ natus est de virgine. Et ad ħ vt ondēret quō dña nra erat virgo induxit hic dubitationē Ioseph de conceptu eius: quia nullus testis poterat esse firmior ꝛ magis sine suspitione ad probandā virginitatē marie ꝛ ꝛceptum de spū scō q̄z Ioseph vir eius. Nam cū maria hret virū si ipsa conciperet ꝛ nō de viro suo manifestū est q̄ ille turbaretur ad miorez. Et q̄ ille nesciret a principio an esset ħ de spū sctō: necesse est q̄ perse queretur mariā aliquō vel ostēderet indignationē suā: ideo oportebat q̄ diceret vnū de duobus. ſ. q̄ aut deus reuelauerat Ioseph q̄ vxor sua conciperet de spū sctō antēq̄z fieret cōceptus: aut q̄ Ioseph turbaretur ꝛ ꝙquereretur de tali cōceptu. Si aūt euangeliste tacuissent vtrūq̄z esset suspectū euangelium de falsitate: q̄ nō videbat possibile quin aliquod istorum duoz accideret. Et sic videretur euangeliū fictū. Ideo Mattheus qui primus fuit curauit reddere rōnem de hoc: ne alicui ex isto suspitio oriretur. ¶ Considerandū aūt q̄ lz exprimendo alterum istoz tolleretur suspitio nobis de falsitate euangelij: tñ conueniētius fuit q̄ Ioseph permitteretur turbari q̄s q̄ ei a principio reuelaret q̄ vxor sua de spū sancto conciperet. Quia istud erat magis naturale. ſ. q̄ ipe viso illo conceptu turbaretur: ꝛ etiam magis certificabat cum diceretur post conceptum q̄s ante: quia iam non poterat esse dubium an de illo conceptu vel de aliquo alio postea futuro intelligeretur. Cum autem angelus certificauit eum de illo conceptu iam preterito: non poterat esse dubium circa illud. Et sic conuenienter declaratur q̄ conceptu viso turbatus fuerit Ioseph. Quod tamen ipse postea desineret turbari ꝛ consentiret cohabitare in pace ei quā dimittere disposuerat satis arguitur: etiam si nihil aliud euangelista exprimeret: q̄ Ioseph inuenit conceptum illum non esse adulterinū. Et ideo placatus est. Et ideo lz nos qui iam fidem tenemus credamus ex eo q̄ sic scriptum est: tamen anteq̄z homo fidē recipiat oportet ipsam scripturam que credi debet continere res aliqualiter verisimiles: ꝛ q̄ non appareāt ficte prima facie: ꝛ sic euangelista curauit historiam verisimilem reddere: ꝛ sic posuit turbationem Ioseph ad probationem virginitatis marie: q̄ nullum testimonium conuenientius reddi poterat: sicut ait Ambrosius super Lucam. ſ. locupletior testis pudoris maritus adhibetur: qui posset delere iniuriaz ꝛ vindicare opprobriuz si non cognosceret sacramentum.

¶ Quid faciebant parentes beate virgi. videntes eam pregnantem. Questio XLIII. Qō. 43.

Queritur cuz sit ꝓceptus xp̃s de spũ sctõ: an posset dici spũs sctus pater xp̃i fm carnez: vel quãtum ad humanitatẽ. Quidã dicunt q; sic: q; eo modo quo xp̃s dr̃ conceptus de spũ sctõ dicet filius spũs sancti. Et h solum est q̃tum ad carnẽ: q; psona filij non est concepta de spũ sctõ. Et similis modus loquẽdi vr̃ in scriptura nã deus dr̃ pater noster: q; fecit nos deuteronomij. 32. s. Nõne ipse est pater tuus qui possedit z fecit z creauit te? Et tamẽ spũs sctus est cã efficiens corpis xp̃i: ideo est pr̃ eius fm corpus. ¶ Dicendũ q; non est ꝓcedenda ista ꝓpositio. Nã Augustin. in enchi. dicit q; natus est xp̃s de spũ sctõ non sicut filius: z natus est de maria virgine sicut filius. Rõ huius est: q; nomen paternitatis z maternitatis z filiationis ꝓsequit generationem: z non quãlibet: sz solum ꝓpriã qualis est generatio aialium: z maxime pfectoꝛ. nã nõ dicimus q; ignis generatus de igne sit filius de igne nisi per methaphoraz: sz filiationẽ soluz ꝓcedimus in aialibus in qbus est generatio magis pfecta. Non tñ vocatur filius qcqd generat in aiali: sed solũ q; generat in similitudinem ipsius aialis. Unde ait Augustin. q; non dicimus q; capillus qui nascit ex hoie sit filius hois: q; capillus nõ ẽ filius hoi in suba nec in noie. Sic etiã hõ nascitur de semine: z non vocat filius seminis: sz filius hois: q; hõ non est similis semini, nec in noie nec in substantia. Si aũt sit pfecta similitudo geniti ad generantẽ erit perfecta filiatio tam in diuinis q̃z in humanis: si impfecta similitudo est imperfecta filiatio: sicut ps de hoie respectu dei. Nam est in hoie quedã similitudo dei impfecta in q̃tũ creatus est ad imaginez dei: z in quãtum recreatus est fm similitudinem gratie. Et ideo vtroq; modo põt hõ filius dei dici sz q; creatus est ad imaginẽ eius: z q; assimilatus est ei per gratiã. Et vtraq; est impfecta filiatio. Est aũt considerandũ q; illud de quo aliqd dr̃ fm pfectam rõnem non est dicendũ de eo fm impfectã rõnem: sicut si aliquid cõuenit alicui p̃o prie nõ est dicendũ de eo fm rõnez qua cõuenit ei appropate: sicut sei dr̃ nãliter hõ fm rõnez ꝓpriã hois: ideo nunquã dr̃ hõ de illo fm illã significationẽ qua pictura hois dr̃ hõ: sz forte ipsa pictura assimilet vero hoi. Christus aũt est filius dei fm pfectam rõnem filiationis. s. q; est filius dei nãlis. Jõ quãuis fm humanã nãm sit creatus z iustificatus: nõ tamẽ dz dici filius dei rõne creationis nec rõne iustificationis: sed solũ rõne gñationis eterne fm quã est filius partis soli. Jõ nullo modo dz dici xp̃s filius spũs sancti nec totius trinitatis. Ad rõnez cum dr̃ q; hõ dr̃ filius dei: q; est factus ab eo: dicẽdum q; homo fm h hz quãdaz assimilationẽ imperfectaz ad deum: ideo vocat filius impfecte. Christus aũt hz isto mõ fm corpus sit factus adeo z ꝓpter a spũ sctõ: q; tñ ei cõpetit p̃o ꝓpria rõ filiationis quãtum ad psonaz suã non vocabit filius dei: fm impꝛopriã vel impfectã filiationẽ: z tñ xp̃s nõ posset esse filius spũs sancti nisi quãtuz ad corpus fm q; est impfecta filiatio. Jdeo quãtum ad corpus xp̃s non dr̃ filius spũs sancti imo nec filius dei.

A Rñsio ad q̃situ qõnis

B

Rñdet opinioi sup posite i ꝓno qõnis

¶ An btã Maria fuerit virgo in cõcipiẽdo. Qõ. XLVIII.

Qõ 48 Rñsio ad qõnem. A

Queritur cum hic agat de virginitate marie an ipsa fuerit virgo in concipiendo xp̃m.
¶ Dicendũ q; sic: vt Mat. hic asserit z p̃dixerat ysai. s. Ecce virgo cõcipiet q; Mat. hic allegauit: z h est tenendũ simpliciter. Uelle. n. ꝓrium asserere ptinet ad heresim ebionitarum z cherintianoꝛ: qui xp̃m dicũt purũ hoiem z natuz ex concubitu maris z femine. Debuit aũt xp̃s de virgine nasci ꝓpter quattuoꝛ. ¶ Prio pp patris sui mittentis dignitatez cõseruãdã. Cum. n. xp̃s sit verus z nãlis filius dei nõ fuit cõueniens q; aliuz patrẽ hẽret: ne dignitas dei patris cõicaret alteri. ¶ Scõo fuit cõueniens ipsi xp̃o qui est vbũ dei. Uerbum aũt absq; oi corruptione cordis cõcipit: imo cordis corruptio non pmittit pfectam vbi cõceptionem. Et q; caro sic fuit assumpta a vbo diuino q; eẽt caro vbi dei: cõueniẽs fuit q; ipse de matre sine corruptione matris cõciperet sicut verbum de patre sine corruptione genitũ est. ¶ Tertio conuenit h pp dignitatẽ humanitatis xp̃i in qua peccatũ locũ hr̃e non debuit: cũ per ipsaz oia peccata tollerent Jo. p̃mo. Ecce agnus dei. i. inocens sicut agnus qui tollit pctã mũdi. Non poterat aũt in nã iam corrupta ex concubitu nasci caro sine infectione aliqua. vnde augu. in lib. de nup. z concupiscẽtia dicit q; solus nuptialis concubitus in matrimonio marie z ioseph nõ fuit: q; in pcti carne fieri non poterat sine vlla carnis concupia que accidit ex pctõ: sine qua cõcipi voluit qui futurus erat sine pctõ. ¶ Quarto fuit cõueniens pp finem incarnationis xp̃i: q̃ ad h fuit vt homes renascerent in filios dei nõ ex voluptate carnis nec ex voluptate viri: sz ex deo. i. ex virtute dei. Jo. p°. Cuius rei exẽplar appere debuit in xp̃i cõceptiõe vñ ait august. in lib. de sctã virginitate q; oportebat caput nr̃m per insigne miraculũ fm corpus nasci de virgine: vt significaret mẽbra sua de virgine ecclesia fm ipsum spũm nascitura. ¶ Quidã dicunt q; nõ fuit maria virgo in conceptu: q; xp̃s vocat filius ioseph. Luc. 2. s. Erant pater z mater eius mirantes sup hijs que dicebant de eo et. eo. c. maria dixit. Ego z pr̃ tuus dolẽtes querebamus te: ergo cognita est maria a ioseph vt xp̃s cõciperet. ¶ Dicenduz q; non fuit ioseph pater xp̃i: sz ab oibus ignorantibus veritatez rei putabat pater xp̃i: Luc. 3. s. Ut putabatur filius ioseph. Hec beda sup Luc. Aliter dicit august. li. 2. de cõcor. euã. z in lib. de bono cõiugali. s. q; Joseph fuit pater xp̃i. Sicut dr̃ vir marie ẽt nõ cognoscẽdo eam: ita pater xp̃i sz nõ sit de eius subã. etiã dicit q; poterat esse filius eius adoptiuus: scriptura tñ vocat xp̃m filiũ ioseph. s. q; sic putabatur. ¶ Sed obijcit q; necesse fuerit xp̃m cõcipi per concubitũ: q; eoꝛ q̃ sunt eiusdem spẽi est idem modus generationis: cũ generatio sit exitus ad esse: z accipiat spẽz a termino. s. a re genita. xp̃s tñ est eiusdẽ spẽi cum ceteris hominibus: z illi gignuntur ex coitu: ergo etiã xp̃s. ¶ Item quelibet forma hz materiaz determinatã extra quã non potest inueniri nec esse. Est autez materia forme humane semen maris z femine. Si ergo xp̃s nõ est conceptus ex semine maris z femine nõ fuit corpus eius vere humanũ: quod est falsum: ergo non est natus de virgine. ¶ Dicendũ ad primum q; in hijs que naturaliter proceduntur sicut natura est determinata ad vnum effectum ita est determinata ad vnum modũ producendi. Uirtus diuina est supernaturalis: z cũ sit infinita non est determinata ad vnũ effectum: ideo nec est determinata ad vnum modum producendi quẽcũq; effectum. Nam sicut potuit virtus diuina primum hominẽ sine concubitu producere de limo terre: ita potuit corpus christi sine coitu formare de virginis sanguine.
¶ Ad aliud dicendum q; non est verus q; semẽ maris z femine sit materia forme humane in conceptiõe animalis: sed solum menstruum femininum est materia fetus: semẽ autez viri est agens z formans: ideo non defuit in formatione corporis materia: sed agens z locuz illius suppleuit diuina virtus que potest quãcũq; materiam facere perfecte dispositaz ad quãcũq; formaz. Nam hz menstruũ non sit materia apta vt inde formetur fetus immediate nisi ꝺigeratur z alteretur: magis

Opponit p dictis

B Rñsio bede. C Rñsio aug.

Oppõit p

Oppo. 2°,

D Rñsio ad pm E

Rñsio ad 2m

tur:magis tñ inepta materia est lutū ad formationez corporis humani: ⁊ deus de luto formauit corpus ade. Fuit ergo facilius virtuti diuine mēstruū digerere: ⁊ formare inde corpus christi.

Qō 49 Rñsio ad q̄ sitū qōnis. qd est virginitas i ptu A

¶ An beata maria fuerit virgo in ptu. Qō. XLIX.

Queritur de virginitate marie in partu. ſ. an virgo fuerit in partu. Consideranduꝫ primo qd sit virginitas in partu. De virginitate nāq; que ē ad concipiendū vel in ꝓceptu planū est. ſ. virginē dicimus eam que sine semine virili ⁊ sine aptione claustroꝝ concipit. Et ꝓpria ista virginitas est quedā priuatio coitus. In partu tñ non appet ita qd sit virginitas. Nam si mulier fuit virgo in concipiēdo manifestū est q̄ nō oꝫ q̄ cognoscatur vt pariat. Et sic vr̄ q̄ quecūq; est virgo in ꝓceptu est virgo in ptu: maxime qꝫ certū est nullam feminaꝫ dum parit cognosci posse.

Rñsio ad qōnem. B

Dicendum aūt q̄ ad virginitatē proprie dictā requritur ꝓposituꝫ ꝓpetuo abstinendi a delectatione venerea cū corporis integritate. Integritas aūt corporis est virginitas. Et qñ dicimus aliquā esse virginē in cōceptu aut partu vel post partum: logmur de ista integritate corporis. Isti aūt integritati opponit ruptio vel aptio claustroꝝ femineoꝝ: cū illa naturaliter ꝓclusa sint ⁊ inferꝫ quedā violētia carni siue nature in ruptione: cum sit quedā continui diuisio. Sunt autē due apture claustroꝝ muliebriū. prima est ad concipiendū. Naꝫ cum fiat ꝓceptus per mixtionē seminū ⁊ non possent cōmiscere sine quadā ruptura feminini genitalis tollit integritas corporis ad ꝓceptuꝫ. ¶ Scōa aptio claustroꝝ est in partu. Nam tūc necesse est apiri claustra feminea vt fetus in lucez prodeat. Et ista extollit integritatē corporis. Dicendum aūt q̄ per vtrāq; istaꝝ tollitur virginitas cū vtrobiq; tollat integritas corpis que vocat māliter virgitas: ⁊ magis adhuc in scōa q̄ꝫ in prima ruptura. Nā maiꝰ est necessario secūda ruptura q̄ꝫ prima que fit vt emittat infans in lucez. Et ob h̄ in partu multe piclitantur: sed nulla in ꝓceptu.

Diffinit virginitas.

£

¶ Item qꝫ est magis necessaria ista scōa aptio q̄ꝫ prima: qꝫ pōt fieri cōceptio sine aliqua aptione nāliter: ⁊ tñ non pōt fieri partus sine ruptura. Unde pōt ꝓtingere pure nāliter q̄ aliqua mulier totaliter virgo ꝓcipiat. ſ. que sit virgo corpore ⁊ mente. Mente quidē. ſ. q̄ ꝓposuerit nunq̄ experiri delectationem venereā: corpore aūt. ſ. qꝫ a nullo viro tacta est ⁊ claustra feminea integra manēt: ⁊ tñ ꝓcipit ex semine virili. Sicut ponit sctūs Thomas exēplum in quodā quolibeto de puella pubere iacente in lecto cuꝫ patre vbi nullus fuit actus: ⁊ tñ concepit de semine patris. Et h̄ pater nesciuit ⁊ ipsa etiā nō sensit: qꝫ vtroq; dormiēte accidit humorē masculinū defluere in genitale femininuꝫ: qō satis quilibet excogitare potest. Ista tñ non poterat parere sine ruptura claustroꝝ ideo magis necessariū est virginitatē perire in ptu q̄ꝫ in ꝓceptu. Qꝫ sicut mulier aliqua dr̄ virgo in ꝓceptu: qꝫ ad ꝓcipiēdū claustra apta non fuerunt: ita dr̄ virgo in ptu. ſ. qꝫ in partu claustra non rūpunt. Ideo non ociose dictū est de dña nostra q̄ fuit virgo ante ptuꝫ ⁊ in ptu. ſ. qꝫ maius miraculū fuit ipsaꝫ manente virginitate parere: q̄ꝫ cum virginitate ꝓcipere. Habuit tñ vtrūq;. Nam in ꝓceptu fuit virgo: qꝫ a nullo cognita est: ⁊ qō maius est qꝫ sine semine fuit. In ptu autē virgo stetit: qꝫ nullā ruptura passum est genitale eius potius q̄ꝫ cuꝫ vrinā emitteret. Hoc aūt fuit: qꝫ xp̄s prodijt de vtero eius nō determinate per genitale: ſz per totā latitudinez vteri quāta erat latitudo fetus. Nam qui intrauit ad discipulos ianuis clausis non rūpens ianuas: ſz transiens per solidū ianuarū non obstante sibi corpore: sed facta penetratione dimensionum: potuit exire de vtero virginis nō rupto vtero nec apto. qꝫ siue rūperet vt fit in oibuꝫ siue apiretur vt quidā volebant semp esset ablata integritas: qꝫ genitale femininuꝫ nāliter clausum est. De hijs latius hr̄ in libro nr̄o de qnq; figuratis paradoxis ꝓte prima. Istā virginitatē in ptu necesse ē ponī in dña nr̄a: nam ysa. illā predixit. ſ. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet. Ergo sicut in virginitate ꝓcepit: ita in virginitate peperit. Hoc fuit ꝓueniens ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓp proprie tatem eius qui nascebat qui est verbū dei. Uerbū autem nō solū in corde absq; corruptione concipit: sed etiā absq; cordis corruptione de ipso ꝓcedit. Ut ergo ostēderet istud esse corpus verbi dei: ꝓueniens fuit vt incorrupto virginis vtero nasceret. ¶ Scōo h̄ est ꝓueniens q̄ꝫ tum ad effectū incarnationis xp̄i. Nam ad h̄ venit vt nostrā corruptionem tolleret. Non ergo fuit ꝓueniens vt virginitatez matris nascēdo corrūperet: Unde August. in quodā sermone de natiuitate dñi ait q̄ ipsas non erat vt per eius aduentum violaret integritas: qui venit sanare corrupta. ¶ Tertio ne matris honorem nascēdo diminueret: qui parentes p̄ceperat honorā dos. Erat etiā valde incōueniēs vt cū virginitate matris in conceptu supnaturaliꝫ custodierat: in ptu illam perire pmitteret. ¶ Dicunt quidā q̄ non fuit cōueniens xp̄m nasci manentibus integris claustris: qꝫ per h̄ videret corpus fantasticum. Nam corpi nāli resistunt alia corpora solida: xp̄s tñ h̄ fugit cum in resurrectione diligēter ostenderit corpus suū apl̄is. ne illud spūꝫ aereū vel fantasma esse putarēt luc. 24. ¶ Est dicendū q̄ xp̄s ita voluit corporis sui veritatē demōstrare: q̄ etiā simul eius diuinitas declarareꝫ. Et iō pmiscuit mira humilibus. Unde vt corpus verū ostēderet natus est de femina: ſz vt ostēdē et eius diuinitas ꝓcessit de virgine. Talis. n. ptus deū decebat: vt ait Ambrosius in hymno natiuitatis dñi. Et non obstat q̄ posset ex hoc putari corpus eius fantasticū. qꝫ si h̄. solum xp̄s attendiss̄ multa miracula que fecit obmisisset facere: sicut qñ per noctē ambulat super mare pedibus ⁊ discipuli videntes de nauicula putauerunt fantasma eē Marci. 6. Non omisit aūt xp̄s h̄: qꝫ ſz prima facie fantasma putaret postea cognita veritate diuina virtus elucebat: maxime: qꝫ hic nullū erat piculuꝫ: qꝫ xp̄s exiret de vtero virginis. Nemo. n. vidit euꝫ exeuntē vt per h̄ putaret esse fantasticū: qꝫ claustra non rūpebat: iō debuit obseruari dignitas ei⁹ ⁊ honor matriꝭ vt de incorrupto vtero nasceret.

¶ An btā Maria post ptum christi fuerit cognita carnaliter a Joseph. Questio. L. Qō 50.

Queritur de virginitate Marie post partuꝫ an postq̄ꝫ christū pepit alios filios hūit: ⁊ an aliq̄n saltem cognita fuerit postea. ¶ Quidaꝫ dicūt q̄ ſz maria fuerit semp virgo ante xp̄i natiuitatez: postea tñ cognita est a Joseph: ⁊ alios filios genuit. Unde xp̄s sepe dicitur hr̄e fratres: vt Jo. 2. dr̄ q̄ descendit in capharnauꝫ Jhs ⁊ mater eius ⁊ fratres eius. Et actuū p̄mo dr̄ q̄ hȳ omnes erant cum maria matre iesu ⁊ fratribus eius. ¶ Item quia dr̄ supra in ſra q̄ anteq̄ꝫ conuenirēt maria ⁊ ioseph inuēta est ipsa hās in vtero: ergo postea conuenerunt. ſ. carnaliter. ¶ Jteꝫ qꝫ dr̄ ioseph nō cognouit mariā donec peperit filiū: ergo vr̄ q̄ postea cognouit. ¶ Item qꝫ dr̄ peperit filiuꝫ suuꝫ primo genitū: ⁊ tñ p̄mo genitus ad alios sequentes dr̄. Sic dr̄ ad ro. 8. de xp̄o. ſ. Ut sit ipse p̄mo genitus in multis fratribus: ergo alios filios hūit maria post xp̄m: ⁊ sic nō fuit v̄go post ptum. ¶ Dicendū q̄ maria semp fuit virgo: ⁊ facilius erat virginem esse post ptum q̄ꝫ prius. Nam si ante ꝓceptuꝫ ⁊ in ptu virgo eē potuit a fortiori post ptum: cum nulla necessitas corruptiōis maneret: qꝫ vt ꝓciperet necesse erat nāliter pdi virginitatem vel saltē suscipe semē: vt pareret: oino necessarium erat nāliter fieri corruptionē: vt tñ postea incorrupta maneret nihil obstabat nisi voluntas: cū iam nec cōcipere nec parere quēq̄ꝫ necesse erat. Jsta virginitaſ perpetua marie designata fuit per Ezechielē per portā clausam in domo dñi: que nūq̄ aperiet ⁊ vir non intrauit per eaꝫ Ezechi. 42. Et Augu. in sermone quodā exponens dicit. quid ē porta clausa nisi maria semp intacta. quid est hō non trāsibit p eam: nisi q̄ ioseph nō cognoscet eaꝫ. Et qd est deus solus ingreditur ⁊ egredit per eam: nisi q̄ spūssanctus impgnauit eam? Et qd est clausa erit in eternū: nisi q̄ maria virgo ē ante ptum: ⁊ virgo in ptu: ⁊ virgo post ptum. ¶ Considerandum aūt q̄ circa virginitatem marie quidam errauerunt dicentes: eam nec in ptu nec in conceptu nec post ptum virginem stetisse. Sed etiam ipsuꝫ xp̄m ex cōcubitu natū. Hȳ fuerunt pessimi heretici cherintiani ⁊ ebionite: de quibus. ſ. dictum est. et isti potius sunt infideles q̄ꝫ heretici: cum exp̄sse negēt textum sacre scripture que dicit xp̄m de spū sancto natum: ⁊ natum de virgine: ⁊ q̄ ioseph non cognouit mariam anteq̄ꝫ pareret xp̄m. ¶ Alij errauerunt concedentes mariā ante partum ⁊ in ptu xp̄i virginem extitisse: ⁊ tñ xp̄o nato dicunt eam a ioseph cognita alios filios peperisse. Iste autē est error detestādissimus eliudq̄ qui mouet ex eis que supra obiecta sunt. ¶ Dicendū q̄ non ꝓueniebat mariaꝫ post xp̄i natiuitatem ab aliquo cognosci. ¶ Primo qꝫ derogat h̄ perfectioni ⁊ dignitati xp̄i: qꝫ sicut p̄m nām diuinā est vnigenitus dei patris tanq̄ꝫ pfectuꝫ filius quo existente non est necesse

Per quā p tez vteri virginalis xp̄s natus sit. D

Cōueniens fuit v̄gines pere ꝓpter tria p 2° E

3° Oppōit Rñsio F

Oppōit

oppo. 2° oppo. 3° opp. 4°

A Rñsio auctoꝛis Maria semp fuit v̄go.

B Prim⁹ error de integritate bti Marie 2° error £ nō ꝓueniebat b. v̄g. aliquo cognosci post partus.

cesse aliū gigni: ita decuit vt eēt vnigenitus mris. Q2 velle alios gignere: erat innuere q̄ iste nō erat pfectū bonū z sola tum mris: ita vt eo existēte mater adhuc alios filios cupet.

2°. ¶ Scōo q2 hoc facit iniuriā spiritui scō: cuius sacrariū fuit vterus virginalis: in quo carnē xp̄i formauit. Unde nō decebat pp honorez spūs sci vt quis conaret illud polluere q̄ spūs scūs sanctificauerat: z spāliter cōsecrauerat.

3°. ¶ Tertio hoc derogat dignitati z sanctitati matris: que ingratissima videret si h̄ filio tanto cōtenta nō esset: z si virginitatez que in ea miraculose seruata fuerat sponte perdere vellet per carnis cōcubitū.

4°. ¶ Quarto q2 si ioseph h̄ atemptaret esset sibi imputandū ad magnā temeritatē: cū angelus reuellasset ei misteriū. s. q̄ spūs sanctus virginē fecūdauerat. Quod ergo ipse vellet nunc violare tēplū spūs sancti esset suma temeritas. Nā spūs scūs illū disperderet sicut dixit apl's: q̄ q violauerit tēplū dei disperdet illū deus p̄ma. co2. 3.

5°. ¶ Quinto q2 si maria post hoc ab aliquo vellet cognosci videret hic eē ꝓpter solū desideriū libidinis: nā mrimoniū istud factū fuerat vt haberet ista proles nō quidē ex eo: sed vt conseruaret per illud. Nihil ergo erat tā necessariū pertinēs ad matrimoniū cū proles perfecta haberet. Ergo velle cognosci post hoc pp incōtinentiā z ifirmitatē carnis esset: que imperfectio nō est ponēda in virgine.

6°. ¶ Sexto q2 retrocederet virgo a pro posito suo. Nā q̄n angelus dixit ei q̄ cōciperet messiā quodāmodo turbabat ne per h̄ oporteret eā cognosci a viro dicens: quomodo fiet istud: q̄n virū nō cognosco luc. p̄. Ergo a fortiori intendebat postea q̄n nō esset necessitas concipiendi manere in perpetua cōtinētia. Sed post xp̄i natiuitatem nō fuit aliqua necessitas concipiendi. ergo maria post h̄ seruaret incorruptionē nisi mutaret ꝓpositū. Mutare aūt pro positū in tali re est magna imperfectio: q2 nemo mittens manū ad aratrū z respiciens retro aptus est regno dei. Luc. 9.

Rñsio ad argumēta op posita. Ad p̄m. ¶ Ad p̄mū in ꝓriū dicēdū q̄ quidā putant: sicut ait Hiero. sup. mattheū fuisse fres dñi quosdā quos ioseph ex alia vxore prius genuerit. Nos aūt fres dñi nō filios ioseph: sz ꝓsobrinos saluatoris sororis marie matertere dñi filios itelligimus z sic vult Hiero. q̄ ioseph nō habuit aliquos filios nec etiā habuit aliā vxorē preter mariā. imo ait Hiero. in lib. ꝓtra heliudiū hereticū q̄ credēdū est ioseph potius virginē permānsisse quia aliā vxorē habuisse nō scribit: z fornicatio in scūm virū nō cadit. Uocant ergo fres dñi filij sororꝫ mris eius: q2 maria mr eius habuit sorores que genuerūt filios. Nā maria vxor zebedei dr esse sororꝫ eius: z maria vxor alphei etiaz dicit sororꝫ eius. Ideo filij illius marie z alphei dicūt fratres xp̄i. Et filij istius marie z zebedei dñr fratres xp̄i. Primi sunt iacobus z ioannes de qbus dr q̄ mater filiorꝫ zebedei stetit corā xp̄o petens ab eo vt duo filij sui sederent vnus ad dexterā xp̄i z alius ad sinistrā in regno suo. Et hoc dicebat: cōfidens q̄ xp̄s faceret istud pp propinquitatē magnā filiorū suorꝫ ad xp̄m infra. 2. filij alphei z marie vxoris eius vocabant fratres xp̄i. Et de magis exprcsse habet in scriptura. vt p3 marci. 6. s. Nōne iste est fabri filius z marie: frater iacobi z ioseph z iude z symonis: z sorores apud nos sunt: oēs nominati h̄ dñr esse filij alphei z maxime iacobus qui primus noiatur. Et iste est iacobus de quo cōmunis dr q̄ sit frater dñi: sicut ait apl's ad gala. p̄. s. Aliū aūt apl'orꝫ vidi neminez nisi iacobū fr̄em dñi. Et sic est cōsuetudo apud hebreos vocare fratres: lz isti potius vocēt patrueles vl' fratrueles. idest filij duorꝫ fratrū vl' patrū vl' matrū qui sunt fratres. Sic accipit ysa. 5. s. Cātabo vinee mee canticū patruelis mei.

D Ad 2m rñsio. ¶ Ad secundū dicendū q̄ nō sequit cū dr antequā cōuenirent peperit: ergo postq̄z peperit cōuenerūt: q2 pōt stare vnū sine altero z etiā nō est semp intentio loquentis significare aliquē actū sequentē sic ait Hiero. in lib. ꝓ heliudiuz: q̄ lz h̄ prepositio ante sepe indicet ꝓntiā actus interdū tn̄ solū ondit ea q̄ prius cogitabant vt postea fierent. Nō ē aūt necesse vt p̄mo cogitata semp fiant: cū aliq̄n iterueniat aliqd vt illa fieri nō possint. Si aliquis dicat anteq̄z in portu prandarem nauigaui: nō inuit q̄ in portu prandeat postq̄z nauigauerit: sz inuit q̄ cogitauerat. s. q̄ ante pransurus eēt in portu q̄z nauigaret. Et accidit q̄ nō potuerit prādere quousq̄z nauigaret. Sic mattheus cū dicit anteq̄z cōuenirent inuenta est in vtero hñs de spū scō nō inuit q̄ post h̄ cōuenerint: sed q̄ dū

E Ad 3m. videbant cōuēturi nō cōuenerūt: q2 preuenit conceptio per spūm scūm: ex quo factū est q̄ nō cōuenirēt. ¶ Ad tertium dicēdū q̄ illud aduerbiū donec nō importat semp aliū actū sequi: sed aliq̄n pōt esse q̄ nullus actus sequat. Sic p3 gen. 8. vbi dr de coruo q̄ emisit noe corruū vt videret an desicata esset terra qui egrediebat z nō reuertebat donec siccarētur aque. Et tn̄ manifestū est vt probatū est. e. c. z colligitur satis ex littera q̄ coruus nunq̄z redijt in archaz: q2 si redire deberet h̄ potius faceret q̄n tota terra erat opta aquis sicut dicit de colūba q̄ nō inueniens vbi requiesceret pes eius reuersa est in arcā. Et postquā misit eā iterū z inuenit terram desicatā nō est reuersa vltra ad euz. e. c. Ita esset de coruo: q2 cū esset terra desicata z inueniret eā plenā cadaueribus que ipse valde cupiebat: nō erat vllatenus verisimile q̄ vellet redire in archā. Et sic idē est dicere q̄ nō reuertebat donec siccarent aque q̄ dicere nunquā reuersus est. Et ponit quasi ad tollendū dubium. l. q2 solū erat dubiū an corruus reuerteret anteq̄z inueniret terrā desicatā z dr q̄ vsq̄z tūc nō reuersus est. Et sic innuit q̄ nūq̄z redijt. Sed p3 etiā gen. vbi deus promittens iacob multa bona ait. Ego ero custos tuus quocūq̄z prexeris: nec dimittā te nisi cōpleuero vniuersa q̄ dixi. Ubi alia lra h3 donec cōpleuero vniuersa q̄ dixi. Et tn̄ non est sensus q̄ postq̄z deus cōpleuit vniuersa que dixit ad iacob dimiserit eū. Nā nunq̄z dimisit: sed potius multiplicauit eū z semen eius: z pepigit cū eo pactū q̄ etiā pepigerat cuz patre suo abrahā z ysaac promittens ei spāliter bona vsq̄z ad mortē suam gen. 46. s. q̄n apparuit deus iacob descendēti in egyptū apud putcuz iuramenti. Sic etiā psal. 109. dr de messia q̄ deus dicat ei sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorꝫ. Nō est tn̄ sensus q̄ postq̄z deus subjceret inimicos xp̄i pedibus eius desineret sedere ad dextrā patris q2 in eternū sedet cū sit filius eius nālis z cōsubalis z necesse est eū semp esse equalē pri q̄ est eē ad dexterā: z accipiendo etiā fm humanitatez nunquā cessabit sedere. imo subiectis inimicis videbit eē humanitas xp̄i in maiori glia q̄ importat per sedere ad dextrā. Nā q̄n inimici xp̄i nō erant sibi subiecti. s. eo viuente cum cū ipugnabant erat xp̄s fm humanitatē in minori honore: z tn̄ tunc sedebat adhuc ad dextrā patris fm equalitatē nāe. Post resurrectionē aūt q̄n inceperunt inimici eius subjci sibi: cepit humanitas sua esse in maiori honore. Nā dixit apl's. Data est mihi oīs potestas in celo z in terra infra. 28. Ergo a fortiori tūc sedet ad dextrā dei. ¶ Et sic nō ponit donec nisi ad tollendū dubiū: q2 dubiū erat an antequā eēnt subiecti xp̄o inimici sui sederet ad dextrā dei q2 de post nō erat dubiū: cū postea eēt honorabilior. Ideo cū dr sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos etiā innuit q̄ sedeat a dextris dei in eternum. Sic etiā dr psal. 122. s. oculi nri ad dñm deū nrm donec misereat nri. Nō est tn̄ sensus q̄ postq̄z deus miserus fuerit nobis debeamus oculos nros ab eo auertere: sed semp debemus hre oculos nros ad ipsuz ps. 22. s. oculi mei semp ad dñm: ita hic solū ponit donec ad tollēdū dubiū: q2 solū erat nobis dubiū an maria fuerit cognita a ioseph ante xp̄i natiuitatē: cū non fiat cōceptio nāliter sine semine. Postea vero nō erat aliqua causa dubitandi: cū maria postea nō cōcepit nec peperit. Jō dicere q̄ ioseph nō cognouit mariā donec peperit filium: est quasi dicere q̄ nūquā cognouit eā. qō solū erat rō dubitādi an cognouisset eam ante cōceptū z partū.

F Ad 4m. Primogenitus quo modo intelligatur. ¶ Ad quartum dicendū q̄ p̄mogenitus nō semp importat alios postea genitos: vt p3 hic: q2 aliq̄n istō nomē p̄mogenitus importat relationē: z tunc signat alios post natos. Aliq̄n est nomē absolutū z tūc nō signat aliquē cōsequi. Qō appareret q2 primogenitus dr de p̄mo z tn̄ primus z oēs cōparatiui fm dialeticos ponunt aliq̄n absolute: z dr p̄mus ante quē nemo fuit siue post illū sit aliquis siue nō: z vltimus post quez nullus est siue ante eū aliqs fuerit siue nō. Aliquādo exponit cōparatiue. s. p̄mus est ante quē nemo fuit z post quē aliqs est. z vltimus post quē nemo est z ante quē aliquis fuit. Ita ergo primogenitus exponet absolute aliq̄n. s. primogenitus ante quē nullus natus est siue post eū sit natus aliquis siue nō. Et pōt poni cōpatiue. s. p̄mogenitus añ quē nullus natus ē z postquē aliqs natus est. ita xp̄s est p̄mogenitus marie: q2 ante illū de maria nullus genitus est lz etiā post eū nullum genuerit. ¶ Jtē p3 h̄ ex noibus relatiuis: q2 filius z filia nurus z socrus relatiua sunt: z tn̄ accipiunt sepe pro absolutis. s. filius pro viro quocūq̄z: z filia pro femia quacūq̄z. Sic accipit canticoꝝ. 2°. cū dicit sponsus. Ego flos cāpi: z liliū

conualiū. Sic liliū inter spinas:sic amica mea inter filias.i. iter mulieres. Q2 si relatiue acciperet necesse erat poni ibi cuius erant iste filie etiā dicit.e.c.sponsa. Sicut malus inter ligna siluaruꝫ sic dilectus meus inter filios.i.inter viros:q2 non ponit ibi cuius sunt isti filij. Sicut etiā dicit puer.vltio. .s.Multe filie congregauerūt diuitias.i.multe mulieres:q2 nō ponit ibi relatiue. Sic etiā istud nomē nurus est relatiuū ꝛ ponit absolute.vt ait Ouidius 2°.metha.s.Inde fluūt lach:i me stillataq3 sole rigescunt. De ramis electra nouis que luci dus amnis Excipit. ꝛ nuribus mittit gestanda latinis.i.mu lieribus latinis. Quasi dicat. De arboribus illis fluunt la chryme q̄ per calorē solis rigescūt.i.indurant in electra ꝛ ca dunt in fluuiū eridanū siue padū vulgariter dictum. Et ille mittit illa electra p italiā vt nurus latine.i.mlieres latine ge stent illa in ornatū. Idē est de alijs noibus relatiuis vt pxi mus ꝛ supremus. Nā ly ista sunt cōparatiua ꝛ exponant aliqñ cōparatiue aliqñ absolute:leges tñ humane accipiūt sepe ab solute proximū ꝛ supremus.vt p3.ff.de vbo.signi.l.primus. Et dr̄ primus est quē nemo antecedit. Uñ posuit in significatione absoluta ꝛ apparet magis.eo.ti.l.primi.cū dr̄ pxi mi appellatione etiā ille cōtinet q solus est. Sic etiā ille con tinet qui solus est. Sic etiā de isto noīe supremus.e.ti.l.pro ximus.s.q̄ sit supremus et ille ante quē nemo fuit. Cū ergo oia ista noia sint relatiua fm nām suā ꝛ tñ inueniant sepissi me in significatione absoluta:erit sic de ḃ noie pgenitus:qō ly sit relatiuū:aliqñ tñ ponit vt absolutū:ita vt dicat primo genitus post quē nemo nascit. Hoc magis ex cōsuetudine sa cre scripture in veteri testō vbi vocat pmogenitus ille ante quē nemo nascit siue post eū aliquis nascat siue nō:vt patet exo.13. Ubi iubet primogenitū peccoꝝ offerri:ꝛ pmogenitos boium redimi. Si tñ vocaret pmogenitus solū ille qui habe bat alios post se natos nunq̄ sciret an erat primogenitus q prius nascebat quousq̄ haberet alios fratres. Et tñ iubebat deus q̄ cuꝫ mulier pareret pmogenituꝫ post.xl.dies offerret illū dño:dans sacrificiū ꝛ redimēs illū qnq̄ siclis leui.12. ꝛ numeri.18. Et tñ post.xl.dies a partu nondū poterat sciri,an ista mulier alios habitura eēt filios respectu quoꝝ iste voca ret primogenitus. Ergo lex vocat istū primogenitū qñ non dū constat an alios post se natos hēat. Et sic accipit pmoge nitū absolute.s.quē nemo precessit natiuitate siue alius post nascat siue nō. Sic fuit in maria. Nā cōstat de ipsa etiā apō hereticos q̄ ante xp̄m nullū filiū habuit:ꝛ istū obtulit in tē plo in die quadragesimo post partū ꝛ redemit eū lege primo genitoꝝ luc.2°. Manifestū est g̃ q̄ tūc xp̄s pmogenitus vo cabat fm legē ꝛ tñ nōdū maria poterat hre alios filios etiā si aliquos post xp̄m habuisset igit pmogenitus fm legē ab solute accipit. Et sic nō oportebat q̄ post xp̄m aliq ia nasce rent ad ḃ q̄ ipse vocaret pmogenitus respectu illoꝝ:q2 ime diate vt natus est pmogenitus vocatus est fm legē: q2 al's nō fuisset obligata mater sua offerre illū in tēplo die quadra gesimo. Et tñ luc.2°.inuit q̄ obligabat vel videbat obligari:q2 dr̄ ibi q̄ ista facta sūt fm cōsuetudinē legis moysi. Iste etiā est modus accipiēdi pmogenitū in iure. Naꝫ si sit lex q̄ aliquis honor vel possessio deueniat solū ad primogenitos si quis vnicū filiū genuerit:nō est dubiū qn ad illū pertineat ille honor vl̄ possessio. Sic accipit pmogenituꝫ.extra de ver. signi.c.ioseph cū dr̄ ex ḃ loco multi puerse suspicati sunt ma riā alios filios habuisse cū sit mos sacrarū scripturarū illum primogenitū appellare quē nemo precessit:ꝛ nō solū eū post quē alij nati sunt. De hijs oibus magis diximuꝫ in libro nro de quinq̄ figuratis paradoxis parte prima

¶ De quo xp̄s fuit cōceptus in utero virginis. Q̄ō.LI.

Queritur Ulterius circa xp̄i cōceptionē ex virgi ne de quo cōceptus est. Nam cōiter dr̄ q̄ cōceptus est de purissimis sanguinibus btē virginis: vt ait damascenus lib.3.aliq tñ errāt circa istos purissimos san guines:putantes nō fuisse cōceptū dñm in v̄gine de sangui ne menstruali de quo accipiunt oēs:q2 putant sanguinē illū esse impurū ꝛ sordidū. Et errant credentes ob hoc q̄ fuerit cōceptus xp̄s de sanguine qui erat in venis btē virginis:q2 illū putant esse purū. ¶ Sed hoc nō stat. ¶ Pro q2 ex san guine qui est in venis nō pōt fieri cōceptio:cū locus concep tionis ꝛ formationis fetus nō posset eē in venis sed in ma trice: ꝛ tñ in matrice nō est sanguis aliquis nisi qui vocatur menstruuꝫ.ergo ex menstruo necesse est fieri conceptionem.

¶ Scō p3 q2 si ex sanguine venarū in virgine xp̄s fuisset cōceptus:nō diceret xp̄s ppie filius marie vel ipsa non vo caret ita ppie mater xp̄i sicut alie mulieres vocant mres si lioꝝ suoꝝ. Hoc aūt eēt tollere totū bonū virginis:q2 maxia dignitas eius in qua ipsa excedit oēs mulieres imo ꝛ oēm creaturā est q̄ sit mater xp̄i qui est verus deus:si aūt iperfe ctā rōnē maternitatis h3.tolleret sibi multū de dignitate ma ternitatis:o3 g̃ q̄ ad hoc q̄ ipsa sit vere mr̄ xp̄i q̄ ipsa in cō ceptu xp̄i fecerit quod alie femine faciunt cōcipiendo filios suos. ¶ Alie aūt femine nō solū ministrant māz de qua fiat cōceptus:sed etiā per quādā virtutē actiuā disponūt illā ad hoc q̄ sit apta ꝛ propinqua vt possit fieri conceptus. Istud aūt est q2 sanguis absolute siue in viro siue in femina non est mā apta ppinqua ad fetū formādū:iō in feminis digerit san guis ille purus ꝛ alterat: ꝛ sic disponit vt sit mā propinqua ꝛ apta ad cōceptū. Sic eni fit in lacte qō de sanguine gignit per quādā alterationē factā a virtute existente in mamillis. ¶ Ita sanguis ille purus ꝛ rarus qualis est in venis nō est mā apta ad formationē fetus sed o3 magis densari ꝛ digeri ꝛ alterari fm calorē. Et hoc fit in feminis a vtute generati ua sicut in viris semen digerit a vtute gñatiua. Et iste san guis alteratus ꝛ aliqualr̄ densatus p virtutē gñatiuā femi ne mediante calore tanq̄ instro vocat mēstruū ꝛ est de quo fit cōceptio in matrice. Et hoc apparet q2 puelle nō pñt gi gnere vsquequo incipiant hre menstrua. Et postq̄ desierint hre menstrua etiā nō pñt gignere nisi supernāliter sicut dr̄ gen.18.s.Erāt ambo.s.abrahā ꝛ sarra ꝓuecte etat desierātq3 sarre fieri mulierbria. Et in hoc inuit ibi q̄ cōceptus ysac fuit supnālis ꝛ verū est. Et tñ ista digestio sanguis ad faciendum menstrua fit a potētia gñatiua que h3 calorē sufficientē qui est instrm suū. Et ista est cā q̄re mēstrua nō fiunt in puellis quousq̄ incipiūt hre pillos in genitalibus ꝛ vocant tūc pu beres fm iura.vt ait Isidorus.xj.ethi. ꝛ extra de spon.c.pu beres.s.puberes a pudendis dicti sunt:q2 ista loca pmo lanu ginē ferunt. Pili tñ nascunt pp calorē digerentē. Ideo puel le tūc pmo menstrua hñt qñ calor in eis incipit esse ꝛ ista est cā quare femine in senectute magna nō hñt mēstrua.s.quia cessat in eis calor cū infrigident pp etatē. Et ita cū sarra eēt prouecte etatis desierāt fieri in ea mulierbria genē.18. Hoc sup posito dicendū q̄ ly mulier duo faciat in cōceptu.s.ministra re mām.i.sanguinē ꝛ preparare illā:mēstruū tñ magis dicit mater pp scōam opōnē q̄s pp pmā:q2 al's ita possent esse ma tres puelle añ pubertatē ꝛ veterane postq̄ desierūt fieri mu lierbria sicut mulieres puberes etatis mature:q2 i vtrisq3 est sanguis qui est mā: ꝛ tñ impuberes puelle ꝛ veterane non pñt disponere illū sanguinē vt sit mā apta ad cōceptū: ꝛ sic ille nunquā efficiunt matres. ¶ Itē p3 efficatius q2 sicut pr̄ nō dr̄ a potētia gñatiua:sed ab actu potētie gñatiue: ita mr̄ vocat mr̄ ab actu potētie gñatiue. Ipsa naq3 potētia gñatiua semp est in viro ꝛ in femia a pncipio vite vsq3 ad mortē: q2 cū sit potētia quedā nālis pure nō aduenit post tps: sed incipit cū ipso aiali ꝛ desinit cū eo:sicut appet in ceteris po tētijs ꝛ viribus. Actus tñ potētie gñatiue nō est semp sed in tpe determinato.s.qñ est instrm ꝓueniēs in aiali.s.calor qui est instrm gñale virū aie. Sicut ergo pr̄ dr̄ ab actu potentie gñatiue ita mater ab actu potētie gñatiue. Primus tñ actus .s.ministrare māz.i.sanguinē nō est actus psone gñatiue nec alicuius potentie:q2 non est vere actus:q2 ministrare mām isto modo.s.sanguinē nō digestū nec alteratū nihil aliud est q̄s hre sanguinē in corpe. Et istud nō est actus alicuius potentie:sed est nā aialis pfecti q̄ nō est sine sanguine. Erit er go actus potentie gñatiue in femina digerere sanguinē illū ꝛ alterare aliqualr̄ vt sit mā ꝓxima ad cōceptum. Iste igitur erit actus a quo mlier ppie denominat mr̄ ꝛ dr̄ gignere vel cōcipere. ¶ Cōfirmat ḃ q2 si istud nō esset diceret vir gigne re fetū ex femina:ipsa tñ nō diceret gignere filiū vel cōcipere si nō hret aliquē actū spālē circa mām fetuꝫ. Nā pp solam cōtinētiā sanguinis nō magis diceret mulier cōcipere vel gi gnere filiū qñ ille cōcipit q̄s ante per decē annos cū etiā puꝫ sanguinē hret de quo poterat formari fetuꝫ. Nō est ergo mu lier mater ppie nisi pro eo q̄ mām disponit. Cum ergo ma ria fuerit vera mater xp̄i tā complete sicut alie mulieres sūt matres filioꝝ suoꝝ o3 q̄ ipsa habuerit istas duas opationes respectu corpis xp̄i.s.ministrare mām.i.sanguinē: ꝛ digerere illum ꝛ alterare vt sit mā apta ad cōceptū. Hoc aūt est hre

menstrua

Q.ō.LI. Rñsio ad q̄ sttū qōnis. A Corpuꝫ xp̄i de q̄ sanguie v̄ginis fue rit concep. B Christuꝫ n̄ fuit ꝛcept⁹ de sanguie q̄ erat i venis btē v̄gi. p⁹ rō.

2ª rō.

Quō fuit cōceptus in mina.

3ª rō.

Confirmatur. 4ª rō.

menstrua vel cõceptionẽ fieri de menstruo: ergo corpus xp̃i nõ fuit cõceptũ de sanguine qui erat in venis ꝫ de mẽstruo. ¶ Itẽ pz q: vt dictũ est ꝓpria rõ a qua mr̃ dr̃ est ꝑparare mãz: q: vt dictũ est ille est actus potẽtie gñatiue: ⁊ tñ maria fuit mater xp̃i: ergo ipsa ꝑparauit sanguinẽ faciendo menstruũ ⁊ de illo corpus xp̃i formatũ est. Alioqn nõ eẽt maria nãlis ⁊ vera mater xp̃i. Et tñ est nãlis mater eius lz supernaturaliꝫ cõceperit: ⁊ tñ ad hoc q mr̃ sit nãlis requirit q ipsa ministraret mãm eo mõ quo alie femine sicut pz ꝑ scm̃ tho. 3. pte sũme. q. 31. arti. 5. cũ ait Ad nãlẽ aũt modus gñonis exigit mãe ptinet q mã de qua corpus eius. i. xp̃i ꝓceptũ est sit cõformis mãe qua alie femine subministrãt ad cõceptionem plis. Hec aũt mã ꝫm phi. in li. de gñatione animaliũ est sanguis mulieris nõ quicũq; sed perductus ad quãdã ampliorez digestionẽ ꝑ vtutẽ generatiuã mr̃is vt sit mã apta ad cõceptũ: ⁊ iõ ex tali mã fuit corpus xp̃i cõceptũ: hec ille. ¶ Est autez verũ q aliqui dubitãt que sit naturaliꝫ mã fetus ⁊ tñ nemo qui aliqd sapit dicit aliã mãm vel aliter dispositã ministrasse dominã in xp̃i cõceptu quã ministrant alie mulieres nãliter. ¶ Dicunt tñ qdã q mã nãlis de qua corpus formatur sunt semen pr̃is ⁊ mr̃is comixta simul cũ sanguine menstruo: ita q totũ h̃ sit mã corpis. Hoc aũt Ari. destruit multipliciter in. 15. de aialibus ostendens q id q descindit de viro nõ est materia corpis humani sed solũ ꝓncipiũ actiuũ vel motiuum. Et probat h̃ per ꝝnẽ ⁊ ꝑ experimẽta sensibilia que maxime in rebus nãlibus fidẽ faciũt vt pz inspicienti ꝟba eius. ¶ Ostẽdit etiã q semen mulieris nihil facit ad gñationẽ. Unde est quedã mulieres cõcipiunt sine h̃ q seminẽt: sed sanguis qui menstruũ dr̃ est in feminis loco seminis in viris. Et ꝫm hãc positionẽ phi põt magis saluari ⁊ cõueniẽtius partus marie ⁊ maternitas eius q̃ ꝫm alias positiones: q: ꝫm eũ ad cõceptionẽ corpis humani nulla mã requirit nãliter nisi sanguis mulieris. De hoc latissime tractat egidius romanus in quodã libello quẽ fecit de embrione. Nõ est aũt credendũ q mãe corpis xp̃i q sine semine viri cõceptũ est aliqd defecerit qõ nãliter ad formationẽ corpis regrat. ¶ Cõstat tñ mariã cõcepisse sine semine humano asserẽtibus istud mattheo ⁊ luca ⁊ ysai. Ideo oportet q mã ex qua formatum est corpus christi ⁊ formatur in aliis hominibus sit sanguis per virtutem gñatiuã matris ꝑparatus: ⁊ ille sanguis est in mulieribus sicut semẽ i viris: ideo eodẽ tpe semẽ in viris ⁊ sanguis iste in mulieribus icipit. s. qñ vtriusq; incipiũt oriri pili ⁊ apparent alia signa pubertatis vt supra dictũ est. Quia tñ in muliere calor deseruiẽs potẽtie gñatiue est diminutus respectu caloris viri nõ põt in mulieribus superfluũ alimenti ad tantã digestionẽ perduci sicut in viris: ideo in viris relinquit sub forma seminis in feminis aũt manet sub forma sanguinis deficiens a cõpleta digestione seminis. Sanguis tñ ⁊ semen propinqua sunt. iõ accidit in hoibus multũ coeuntibus q sanguinẽ emittãt qñ semen defficit vt ait Ari. 15. de aialibus. s. q: nõ sufficit ad tantũ de semine digerendũ quãtũ incõtinentia desiderãt. Nõ tñ posset emitti sanguis loco seminis nisi sanguis eẽt ꝓpinquus semini ⁊ in eisdẽ vasis in qbus semen. s. q: cũ in vasis illis generatiuis ꝑ virtutẽ generatiuã cõuertit alimenti superfluum in sanguinẽ ⁊ sanguis vltimo decoquit in semẽ: cũ accidit q aliqs coheat plus debito nõ existente semine cõplete digesto in vasis emittit sanguis qui digerebat vt fieret semen cõpletũ. Est tñ dicenduz q sanguis menstruus qui in femis est pro semine est magis digestus ⁊ ispissatus q̃ sanguis qui est in venis: q: sanguis qui est in venis est valde fluidus ⁊ modicũ digestus nec digerit tantũ quantũ posset calor femineus digerere. Nõ pz cũ lac dicat magis digestũ vt quidam volunt: lz de hoc nihil nũc asserit: sanguis tñ menstruus digerit a femia ꝫm omnẽ possibilitatẽ caloris: sui cũ ⁊ adhuc requirat in eo maior digestio: que postea fiet per semẽ maris comixtũ sibi. ¶ Item pz h̃ clarius q: oi tpe gignit sanguis in femina siue sit puella siue vetusta: q: quãdiu aial viuit nutrit: vt ait Ari. lz non semp augmentet. Nutriri tñ est per cõuersionẽ alimenti qõ necesse est prius cõuerti in sanguinẽ q̃ in mẽbra: ⁊ sic in minima etate ⁊ maxima senectute sanguis gignit in femina ⁊ tñ nõ fiunt menstrua in ea m parua etate nec in senectute: sed in pubertate ⁊ etate calida: ergo valde magis digestus est sanguis menstruus quã sanguis qui est in venis. Nõ est autẽ putandũ sicut quidã simplices credunt sanguinẽ menstruũ fieri ex sanguine qui est in venis. Nã nõ fit ex illo: q: nõ erat locus ad faciendũ h̃ cũ capita venaꝝ nõ aperiantur vt influant in matricẽ. ¶ Itẽ q: sanguis qui est in venis est determinatus ad sustentationẽ mẽbroꝝ ⁊ nõ ad gñationẽ. ¶ Itẽ q: dicimus q semen in viris fit ex superfluo alimenti sanguis tñ qui est in venis nõ fit ex supfluo alimenti: sed ex ipso alimẽto cũ directe alimẽtũ cõuertat in sanguinẽ. In feminis ergo sanguis mẽstruus qui est loco seminis. vt dicit Ari. 15. aialiũ ⁊ digerit ꝑ potentia gñatiuã fiet de supfluo alimenti ⁊ habebit alia vasa in quibus alteret ⁊ conuertat: ⁊ nũquã defluet de venis. Et ista est intentio Ari. ⁊ oium qui loquunt de menstruo. ¶ Ergo nõ tenet positio illoꝝ qui dicunt corpus xp̃i nõ esse ꝓceptũ de menstruo: q: motiuũ suũ deficit. Dicũt enim mestruũ eẽ impurũ ⁊ fetidũ: xp̃i tñ corpus de purissimis sanguinibus cõceptũ fuit. Hoc nõ tenet: q: nã que maxime est sollicita circa opa sua ⁊ potissime circa gñationẽ hois qui est aial pfectissimũ nõ est verisimile q de refetida ⁊ turpi corpus humanũ formaret: maxime cũ multa sint pura de quibus posset formare. Etiã q: si de re tã impura ⁊ turpi formaret corpus humanuz nõ posset magno tpe hõ viuere: sed facilr̃ corrũperet. Ideo dicẽdũ q sanguis mẽstruus de quo format corpus hois nõ solũ nõ est impurus nec fetidus: sed etiã est purior ⁊ perfectior ⁊ ꝑciosior q̃ sanguis qui est in venis. Qõ pz q: nã cũ sit regulatissima i operationibus suis necesse est q ille res sint pfectiores pro qbus ipsa magis laborauerit: magis tñ laborat pro sanguine menstruo q̃ pro sanguine qui est in venis: cũ maiorẽ calorẽ ad hoc regrat. vt supra declaratũ est. Ergo est ꝑciosior sanguis iste q̃ ille. Motiuũ aũt istoꝝ asserentiũ menstruũ esse fetiduz ⁊ impurũ q: menstruũ qõ femine emittunt tale est nõ tenet: q: sanguis menstruus q manet in matrice nõ est talis sicut ille qui emittit: sicut stercora emittunt de corpe ⁊ sunt quedam ptes alimẽti: nõ sunt tales ille partes quas mẽbra recipiunt de alimẽto sicut stercora: q: illa tanq̃ inutilia ⁊ impura separat nã a puro ⁊ expellit: reseruãdo sibi quasdã partes puriores de suba alimẽti. In gñatione menstrui sic est: q: nã accipit multas ptes sibi que nõ sunt necessarie nutritiõi ⁊ illas digerit ⁊ cõuertit in sanguinẽ mẽstrualẽ: ⁊ q: illud q nã accipit de hoc h̃z multas ptes impuras necesse est q nã separet ⁊ emittat illas. Et sicut sumpto alimento necesse est causari stercora: ita facto sanguine mẽstruali necesse est manere ibi quasdã ptes impuras loco stercoꝝ ⁊ illas emittit natura singulis mẽsibus. Quelibet enim femina postq̃ semel ceperit habere sanguinẽ istũ quolibet mẽse semel aliqd emittit lz quedã mulieres plus: alie minus sicut fit de quãtitate stercoruz. Et sic dr̃ mulier pati fluxũ sanguinis redeũte mense leui. 15. i. q in fine cuiuslibet mensis siue de mense ad mensez h̃ paciunt femine. Et ista est cã quare vocat iste sanguis mẽstrualis. i. qui singulis mensibus accidit: nisi pp egritudinẽ vl̃ aliqua impedimenta cesset. Nã mẽstrualis vel menstruus a mẽse dr̃ diurnus a die Alie aũt ptes pure huius sanguinis manent in corpe ⁊ de illis fetus formaꝝ. Et ille non sunt fetide nec impure: ideo corpus humanuz de suba pura ⁊ preciosa formatur: ⁊ ꝓprie loquẽdo nõ est verum q fetus formeꝝ de sanguine menstruo: q: sanguis de quo formaꝝ fetus manet in corpe ⁊ nunq̃ emittit: mẽstruus aũt sanguis foras emittit per singulos mẽses. Dicimus tñ sanguinẽ de quo formaꝝ fetus menstrualẽ vt faciamus dr̃iam inter eũ ⁊ sanguinẽ q est in venis qui nõ ptinet ad gñationẽ sed ad alimentũ mẽbroꝝ. Apparet ergo q corpus xp̃i formatũ est in virgine de sanguine menstruali eius de quo formant corpora alioꝝ hominũ. ¶ Cũ aũt dicit damascenus q fuit formatũ de purissimis sanguinibus verũ est q: sanguis ille quẽ natura seruat ad formationẽ fetus purus est ⁊ ꝑciosior quã sanguis q est in venis. Habuit aũt spãlẽ causaz dicendi h̃ damascenus: lz quorũlibet hoium corpa de purissimis sanguinibus formentur. s. q: corpus xp̃i non fuit ꝑ opus virile sicut alia corpora formatũ. Ideo forte putaret aliqs qõ loco seminis virilis qõ defuerat fuisset ibi alia aliqua materia de humoribus virginis. Et ad tollendum hoc dixit damascenus q fuit formatũ de purissimis sanguinibus. i. nõ fuit ibi aliqua alia materia nisi sanguis purus qui est sanguis menstrualis.

¶ An btã vgo aliqd opata sit actiue i xp̃i ꝓceptõe. Qõ. LII.

Queritur An vgo opata sit aliqd actiue in xp̃i cõceptione. Quidã dicũt q in cõce-

f 5ª rõ. — S. tho. 3. p. q. 31. arti. 5º. — Opinio erronea ꝙrũdam de materia ex q̃ formaꝝ hũanuz corpus. b — Egidiꝰ romanꝰ — b 6ª rõ. — J 7ª rõ. 8ª rõ. — k Sãguis mẽstrual' de q̃ cõcipit fetꝰ ẽ purior q̃ sanguis venarum. — Qõ. LII. Opio ꝑ alios.

¶Quādo Joachim rex iuda tranſlatus eſt in babilonē mł ti de iudeis tranſlati ſunt cum eo de quibus. 4. reg. 24. Sed illa fuit parua tranſmigratio. Poſtea ānis vndecim. ſ. vltimo anno ſedechie ipſe ſedechias rex ꝛ omnes iudei de tribu iuda: ꝛ Beniamin tranſlati ſunt in babilonez p̄eter pauperes agricolas ꝛ vinitores: quos nabuzardā p̄inceps exercitus regis Nabucodonoſor dimiſit ad colēdum terrā ꝛ habitandum in ea vt ſoluerent tributa caldeis. ꝛ p̄poſuit illis quē dam p̄incipem nomine godoliā viz bonū quē quidā iudei maligni occiderūt. ꝛ tunc timuit totum illud vulgus iudeorum manere in terra p̄opter caldeos: putātes q̄ occiderēt eos: qz occiderant p̄incipē poſitum per illos. Et ob hoc voluerunt deſcendere in egyptuz: vt ibi liberarentur de manu caldeoꝝ: qz egyptus non erat tunc ſubiecta caldeis. Erat āt tunc Jeremias inter illos: qz ipſe manſerat in iudea tranſmigrantibus alȳs in babilonē. Naz nabucodonoſor dixit ei q̄ iret in babilonē ſi vellet: ſinautē iret quo vellet Jere. 40. Jp̄z cōſuluerunt iudei vt peteret dominū p̄o eis an deſcenderēt in egyptum. Et deus dixit q̄ non deſcenderent: qz al's morerentur gladio ꝛ fame ꝛ peſte in egypto: ꝛ nunquā redirent in iudeā Jere. 42. Hoc non obſtante iudei deſcenderūt i egyptum ꝛ Jere. iuit cum illis ne ſolus maneret in iudea Jere. 43. Tunc manſit tota terra iudee ſine habitatoꝛe: ꝛ nulla gēs auſa eſt vel deſiderauit occupare terram illā: ſed ſeptuaginta ānis manſit inculta: ꝛ nō habitata: ꝛ tūc ſabbatizabat. i. quieſcebat vsq; ad reditū iudeoꝝ de babilone. 2. Paralipo. 36. ꝛ. ij. eſdre. ij. c. De hoc late declaratū eſt. 4. reg. 25. ꝛ habetur Jſa. 40. vſq; ad. 44. Fuit hoc vno āno vl̄ quaſi poſt trāſmigrationem iudeoꝝ in babilonem que fuit anno. 19. nabucodonoſor. 4. reg. 25. Et hoc tēpoꝛe floꝛuerunt in grecia ſeptem ſapientes. Qui ſic vulgariter nominātur: quia iſti fuerunt quaſi p̄imordia oium ſapientū in grecia licet poſt iſtos non ſapientes ſed phi vocati ſunt. Quod pyth agoras incohauit. ¶Quinto anno poſt tranſmigrationem babilonis qui fuit annis. 23. nabucodonoſor: ꝛ ante xp̄i natiuitatē anni quingenti nonaginta ſex: ipſe nabucodonoſor venit in ſyriam ꝛ pugnauit cōtra moabitas ꝛ āmonitas quibus ſubiectis iuit in egyptum eāq; ſubuertit regē eius occidēs ꝛ aliū cōſtituens: ꝛ tunc tranſtulit omnes illos qui fugerāt de iudea poſt mortem godolie. vt. ō. dictuz eſt: vt ait Joſeph⁹. x. antiquitatum. Plurimi tamen iſtoꝝ ibi gladio ꝛ fame ꝛ peſte conſumpti ſunt: ſicut p̄dixerat eis Jere. 42. Reſidui eoruz tranſlati ſunt in babilonē. Et nemo ipſoꝝ redȳt in iudeā: ꝫ omnes mortui ſunt in babilone: qz Jeremi. p̄dixerat eis q̄ vltra nunq; viderent locū illum. i. hieruſalem ꝛ iudeaz. eo. c. Jpſe quoq; Jeremi. ibi in egypto mortuus eſt anteq; tranſferentur illi iudei in babilonē. Nam p̄dicantem contra idolatriā ipſoꝝ lapidauerunt: ꝛ ibi in egypto ſepultus eſt cuius merito multa beneficia egyptȳ ſuſceperunt: qz fugauit ſerpentes de terra ipſoꝝ. Poſtea vero Alexander macedo: veniēs in egyptum audita virtute ſancti viri tranſtulit honorabiliter oſſa eius in ciuitatem quam in egypto condidit: ꝛ de nomine ſuo Alexandriam vocauit. De hȳs Jſido. in lib. de ortu ꝛ obitu patrum. Fuerunt ergo tres tranſmigrationes iudeoꝛum in babilonem. ſ. vna cum Joachim rege iuda: ſecunda vndecim ānis poſt. ſ. cum ſedechia rege iuda: que fuit maxima. tertia que fuit quinq; annis poſt in hac tranſlati ſunt iudei qui fugerant in egyptū. Fuerant autem a die tranſmigrationis decem tribuum in aſſyrios vſq; ad ipſam tranſmigrationem iudeoꝝ in babilonē que facta eſt anno. xj. Sedechie anni centuz ꝛ triginta ꝛ mēſes ſex ꝛ dies decem: vt ait Joſephus. x. antiquitatum. Anno. 7. poſt tranſmigrationez babilonis incepit Daniel haberi tanquā ꝓpheta: qz tunc interpretatus eſt: ꝛ annunciauit ipſi nabucodonoſor ſomnium qō ille oblitus fuerat. De quo Danielis. ij. Dicitur tamen ibi q̄ illud fuit anno. ij. regni nabucodonoſor: ꝛ tamen nabucodonoſor ante captiuitatem iudeoꝝ ꝛ tranſmigrationem babilonis regnauerat ānis. 19. vt patet. 4. reg. 25. Sed computatur ibi regnum ſuuz incipiendo a tempoꝛe quo ſubiecit egyptios: ſic ait Joſephus. j. antiqui. ſ. Igitur poſt ānuz ſm egyptiace vaſtationis rex nabucodonoſor vidit ſomniū valde

B

A De tpe ꝛ hiſtoria tranſlationis iudeoꝝ in babilonē.

Hiſtoria libri Danieł qñ incepit.

A tranſmigratiōe babilōis vsq; ad xp̄m anni. dc. j.

B

A creatiōe mundi vsq; ad captiuitatē babilonis anni tres mille trecēti qnq; ginta. j.

Septez ſapiētes floꝛuēt i grecia tp̄e trāſmigrationis babilonis. L

Mors Jeremi.

D

Tres trāſmigrationes iudeoꝝ in babilonem.

E

De ꝓphia danielis.

valde mirabile. Ista tamen vastatio fuit quinq3 annis post
transmigrationē babilonis: vt. s̄. dictū est. Ideo fuit annis se
ptem post istā transmigrationē somniū nabucodonosor z in
terpretatio Danielis. Et ex hoc p3 q fuit annis decē z octo
postq3 ipse daniel translatus est in babilonē. Nā ipse vnde-
cim annis. s. sub rege Joachim ductus est in babilonem ante
generalē translationē que fuit cū sedechia. s. vltio āno regni
eius. vt. s̄. p3: z tamen post istā translationē septē annis fuit
somniū. vt. s̄. dictū est: daniel autē vixit longo tēpore in babi
lone. s. plus octoagita ānis vel quasi. Qō p3 q: daniel trans
latus est in babilonē vndecim annis ante generalē transla-
tionem. s. cū Joachim rege. daniel. j. z. s̄. declaratū est. Man
sit tamen adhuc vsq3 ad tēpora dari. regis persaꝝ z cyri. Da
niel. 6. Et tñ āno pmo ciri regis cōpleti sunt septuaginta an
ni captiuitatis babilonice: qui incipiunt cōputari ab vltimo
anno regis sedechie. Et istis addantur. xi. anni quibus añ h
translatus fuerat daniel in babilonē erunt anni octoaginta
z vnus quibus mansit in babilōe. Et hoc erat: q: puer erat
quādo trāslatus est in babilonē sic patet danielis. j. s. q ppo
situs eunuchoꝝ accepit pueros decoros de semine regio: z
vnus eoꝝ fuit daniel. Ipse nō reuersus est de captiuitate in
iudeā licet adhuc viueret: q: erat prepositus regni persarū:
z medoꝝ positus per Dariū reges. Et in ciuitate egbatanis
terre medoꝝ edificauit pulcherrimū sepulchrū: ibiq3 sepult9
est. In eo postea sepeliebāt reges medoꝝ: vt ait Joseph. x. an
tiquitatū. ¶ Nabucodonosor q iudeos captiuauit vixit ali-
quāto tēpore post captiuitatē ipsoꝝ de quo. j. dicetur: z post
eū regnauit filius eius qui nabucodonosor minor dictus est
istū misit nabucodonosor pr̄ suus in egyptū subiugauitq3 sa
trapas qui ꝯ eū insurrexerunt. Quo ibi manente mortu9 est
nabucodonosor pr̄ suus in babilone: z ipse successit i regno
fecit āt opera magnifica in edificijs supra omnes reges qui
ante eū fuerant: fecit ortū suspensibilē de quo vxor sua poss3
videre terrā medoꝝ in qua nutrita fuerat. Huius memine-
runt omnes historiographi. De hoc verosus in. iij. li. historie
caldeoꝝ: z Josephus. x. antiquitatū. Post istū regnauit euil
merodach in babilonē multi putant istū successisse nabuco-
donosor priori eo: q: de nabucodonosor minore non fit men
tio in sacra scriptura. Et tñ falsū est: q: iste cepit regnare an
no tricesimo septimo a transmigratione Joachi3 regis iudee
4. reg. 25. Et sic erant anni viginti sex post transmigrationē
generalē: z tñ nō potuit tāto tp̄e viuere ille nabucodonosor
cū solū vixerit ānis. xl. vt ait Joseph9. x. antiq. Iste ergo euil
merodach fuit post nabucodonosor miorē z vocat Joseph9
istū euilmerodach anulmadapacā siue abimathadocim filiū
nabucodonosor minoris. Et iste est qui exaltauit Joachi3 re
gem iuda qui erat in babilone educens eū de carcere z exal
tans soliū eius super solia oīum regū qui erant in babilone.
4. reg. 25. Post istū regnauit egressarius filius eius: z p9 eū
labosardatus: z post istū regnauit Balthasar filius eius qui
nabar dicitur: vt ait Josephus. x. ātiquita. Iste balthasar fuit
qui bibit in vasis sacris: z cōtra quē apparuerunt digiti scri
bentes in pariete: z ipsa nocte occisus fuit: z perse z medi in
trauerunt in babilone3 translatūq3 est regnū caldeoꝝ ō stir-
pe nabucodonosor in Dariū z cirū reges persaꝝ z medoru3
daniel. 5. ¶ De tēporibus quibus isti reges regnauerunt ē
dubiū. Nā de nabucodonosor dicūt quidā q regnauerit an
nis tredecim. De euilmeradach dicit Josephus q regnaue-
rit ānis decē z octo. Egressarius āt ānis quadraginta: labo-
sardatus mensibus nouē: balthasar ānis decē z septē. Sed
non stat: q: a trasmigratione babilonis vsq3 ad reditū solum
fuerunt septuaginta āni. ij. Paralipo. 36. z cōpleti sunt āno
pmo ciri regis. j. esdre. j. z. ij. esdre. ij. Et tñ anni istoꝝ regum
collecti sunt octoagita z nouē. Quibus adhuc addēdi erāt
duo āni quibus regnauit Darius rex persaꝝ anteq3 regna-
ret cirus. Etiā addendi sunt anni qbus vixit Nabucodono
sor post transmigrationē babilonis qui fuerunt plusq3 duo-
decim. Nā septē ānis post illā transmigrationē vidit somniū
de quo hētur daniel. ij. vt dcm̄ est. s̄. z postea septē ānis fuit
quasi bestia sicut pdixerat daniel. 4. c. z sic erūt plures quā
centū āni. Jō dōm est, q non regnauerūt isti reges tanto tē-
pore. Quida3 aūt dicūt q regnauit nabucodonosor viginti
duobus ānis post transmigrationē babilonis: z filius ei9 na
bucodonosor minor ānis tredecim reliq aūt. s. euilmerodach
egressarius z labosardacus z balthasar regnauerūt annis

F
De morte z sepulchro danielis.

G
De successoribus nabucodonosor in babilonem.

H
De tp̄e quo regnauit nabucodonosor z filij ei9.

Opio q rūdam.

veginti qnq3: z darius rex persaꝝ ānis duobus: z h mō cō-
plentur precise āni septuaginta qbus manserūt iudei in ba-
bilone. De hijs tamē magis dōm erit daniel. j. vl. 4. ¶ Consi
derandū est nunc de istis septuaginta ānis qbus steterūt iu
dei in babilone: quē modū principatus habuerunt. Et dōm
est q nullū modū: q: principatus nō est nisi in aliquo pplo
vel policia. Judei aūt tunc nullū pplm faciebant: q: erāt ca-
ptiui. Jō non solū non erant per se ppls: sed ēt nō erāt pars
ppli: q: non erant ciues. Nā multitudo seruoꝝ z banasorū
nō est pars policie. vt ait Aristo. Erant enim reges istorum
captiui. Nā sedechias māsit in carcerē vsq3 ad diē mortis sue
quē tñ sepeliuit honorabilr̄ nabucodonosor: vt ait Joseph9.
x. antiquitatū ipse aūt Joachim rex iuda ēt manebat in car-
cere. Et fuit in eo quādiu regnauit prior nabucodonosor: z
nabucodonosor minor. Huius aūt filius. s. euilmoradach pri
mo anno regni sui qui erat trigesimus septimus a transmi-
gratione ipsius Joachim eduxit eū ō carcere: z exaltauit eū
super oēs reges qui erāt in babilone. Et comedebat semper
corā eo vsq3 ad mortē suā. 4. regū. 25. Et tunc fuit aliq rela-
xatio oneris iudeoꝝ: q: forte ille Joachim hēret aliquā po-
testatē super eos. z tñ non erat pprie aliqō genus pncipat9
q: non erant iudei per se vnus populus. Fuit aūt reddit9 de
babilone āno primo ciri regis persaꝝ in quo cōpleti sunt an
ni septuaginta captiuitatis babilonice: z fuit añ xpi natiui-
tatē ānis qngentis z triginta z vno: z ab orbe condito an-
nis tribus millibus quadringentis viginti z octo: z regna-
uit cirus annis triginta. In pmo āno huius incipit historia
libroꝝ esdre: q: pmus z scōs esdre idē dn̄t nisi q scōs reca-
pitulat ea que dicta sunt in pmo addendo aliq. Iste dedit li-
centiā iudeis redeundi in terrā suā pmo esdre. j. sicut pdixe-
rat Isai. 45. añ per ānos ducentos z decē. Et rex cirus legit
hunc librū: z inueniens ibi nomē suū pnunciatū: z quomin9
deus magnaꝝ gentiū ꝯstituturus erat eū regem: gaudio q-
dam repletus est z voluit benefacere illi genti cuius fuerat
ille ppha. Et ꝯuocans iudeorū clarissimos qui erant in ba-
bilone dedit illis licentiā redeundi: vt ait Josephus. xi. anti-
quitatū. Et tūc mādauit dari vasa templi que nabucodono-
sor abstulerat z manebant in babilonē: vt p3. j. esdre. j. z. ij. es
dre. ij. Tunc ꝯgregati sunt plurimi iudeorū: z exortabantur
se vt redirent de babilone. Et redierunt multi quorū nūerus
ponitur per Josephū. xi. antiq. z. j. esdre. ij. Non redierunt āt
de babilone oēs iudei qui ibi erant: q: multi tenebant desi-
derio possessionū z affinitatū ꝯtractarū in babilonē. Nam
qñ translati sunt iudei de babilone a principio sub Joachi3
quidā falsi pphe dicebant q deus reduceret illos captiuos
post bieniū de babilone. Et hoc dixit annanias ppha de ga
baa in principio regni sedechie postquā translatus fuit Joa
chim in babilonē. s. post duos annos ꝯteram iugū nabuco-
donosor de collo oīu3 gentiū: z ꝯuertā ieconiā filiū Joachim
in oēm transmigrationē iude ad locū istū Jere. 28. Iste fuit p
pheta falsus ꝯtra quē Jere. predixit q ipso anno moreretur
z sic factū est. Alij ēt erant prophete falsi in babilone dicen-
tes q cito deus reducturus esset eos in terram iuda. Jō po-
pulus non curabat edificare domos nec plantare vineas vt
possent viuere in babilone Jere. aūt scripsit eis edificate do-
mos z habitate z plātate hortos z comedite fructum eorū.
Accipite vxores z generate filios z mltiplicamini ibi: z no
lite esse numero pauci: q: hoc dicit dominus cū ceperint im
pleri in babilone septuaginta anni visitabo vos: z reducam
vos ad locum istum Jeremi. 29. Hijs verbis incitati qui erāt
in babilone fecerunt sic. Ideo anno septuagesimo quādo fi-
nita est captiuitas: multi tracti amore possessionum z affini
tatum: z terre illius qua3 iam reputabant sibi natalem redi
re voluerunt. In hoc redditu fuerunt duo principes. s. Zoro
babel filius Salathiel: z Jesus fili9 Josedech sacerdos ma-
gnus. Et sub eis fuit multitudo illa redeuntium de babilo-
ne. Joachim namq3 rex iuda qui ductus fuerat in babilone3
genuit ibi Salathiel de quo dicitur precedenti capitu. q Je
conias genuit Salathiel z Salathiel ibi in babilone genu-
it Zorobabel. Iste fuit princeps iudeorum redeuntiū de ba-
bilone. ¶ Considerandū nunc qō iudei dum fuerunt in ba
bilone non fuerūt populus per se: ideo non habebant prin-
cipatum. Nunc vero redeuntes erant iam liberi: z incipie-
bant esse populus: z habere principatu3: z quia Zorobabel
erat nobilissimus iudeoru3 qui fuerant in babilone qui erat

I

K
Annis. d. triginta z vno añ xpi natiuitate3 fuit relaxata captiuitas babilonie.
Cirus regnauit an. xxx.

L
De redditu iudeorū de babilone in iudeam.

post redituz a babilon iudei nō p reges sed p max sacerdotes gubernabantur.

nepos Joachim regis iude ipse fuit princeps iudeoꝝ in re ditu licet non fuit rex sicut auus suus: quia forte rex persa rum qui dedit licentiam iudeis redeundi non dedit eis licē tiam habendi reges: ne ex hoc forte fierent prompti ad rebel landum regibus persaruꝫ. Ideo vocatur sepe Zorobabel p̄n ceps iudeoꝝ vel iudex eoꝝ: vt ait Josephus. xi. antiqui tatum. ⁊ p̄mo Esdre. 6. vocatur zorobabel dux iudeoꝝ vł dux transmigratōis: ⁊ quia sacerdotes magni erant viri ho norabiles valde in toto israel fuit quoq; cum eo princeps sa cerdos magnus qui tunc erat. ſ. Jesus filius Josedech qui ō babilone redijt. Et ob hoc in libris esdre quando aliquid fie bat dicebantur isti duo illō iubere vel illud facere: sed patet p̄mo esdre. iij. ſ. Zorobabel filius Salathiel ⁊ Josue vel Jose dech ceperunt fundare templum: ⁊ simile p̄mo esdre. 4. ⁊ se pissime: ⁊ propter hoc zacharias prophęta qui illo tempore prophetauit: vt patet p̄mo esdre. 5. solum loquitur ad istos duos sic patet zacharie. iij. vbi loquitur ad Jesum sacerdotē magnum. i. Jesum filium Jesedech loquitur etiam ad zoro babel incitans eum ad edificandum templuꝫ zacha. 4. Fuit zorobabel maior princeps vnde ipse semper nominatur p̄r⁹ ⁊ ipse vocatur dux iudeoꝝ vel transmigrationis. p̄mo es dre. 6. qō non dicitur de Jesu filio Josedech sacerdote. Post hoc autem non sic fuit: quia non successit aliquis filius zoro babel in principatu eius nec viri de tribu iuda habuerūt p̄n ciparum: sed sūmi sacerdotes post hoc fuerunt semper prin cipes vsq; ad christi natiuitatem quando Herodes qui erat alienigena primo incepit regnare super iudeos ante quem semper habuerunt principes de gente sua. Isti autez summi sacerdotes a principio huius status fuerunt contenti hono re suo. Et licet principarentur populo non imponebant sibi maius nomen. Quod durauit vsq; ad Joannem hyrcanum filium Simonis machabei: quia ex ipso tempore sūmi sacer dotes inceperunt sibi impōere diademata regia: ⁊ vocari re ges: ⁊ durauit vsq; ad Aristobolum ⁊ hircanum fratres p pter quoꝝ contentiones contigit regnum transire ad He rodem alienigenam de quo. j. dicetur sacerdotes tamen an tequā sibi imponerent diademata regia licet ipsi principarē tur recipiebant secum alios seniores plebis qui cum eis dis ponebant que agenda erant. Cum vere illi se reges vocare runt fuit eoꝝ principatus maior: ⁊ ad eos tota rerū dispo nendarum summa pertinebat. De hijs Josephus. xi. antiqui tatum. ait. ſ. habitabāt in hierosolymis: ⁊ optimatuꝫ guber natione regebantur. Nam sacerdotes tractabant eoꝝ ne gocium vsquequo regnare contigit nepotes asamonei. i. ma chabeoꝝ nepotes. ¶ Redeundo ad ordinez historie dicē dum q̄ āno primo regis ciri quando data est iudeis licentia redeundi de babilone: data est eis licentia per Cirum ad edi ficandum templum domini quod destructuꝫ fuerat prius p caldeos: vt patet p̄mo esdre. 6. zorobabel autem dux iudeoꝝ ⁊ ceteri qui cum eo erant anno. ij. aduentus eoꝝ in iudeā inceperunt edificare templum: ⁊ offerre domino sacrificia: ⁊ factus est magnus applausus populi quando viderunt illō fundari. j. esdre. iij. Cum autem inciperēt edificare ipsi sama ritani qui morabantur in terra inuidentes iudeis dixerunt illis q̄ vollebāt edificare cum eis templum deo. Quibus zo robabel: ⁊ Jesus filius Josedech sacerdos magnus respōde runt q̄ non licebat eis hoc facere: sed soli edificarent. primo esdre. 4. erāt autem isti samaritani quos salamanasar rex po suerat in vrbibus samarie. 4. reg. 17. Et quando tribus iuda ⁊ beniamin ducte sunt in babilonem manserunt isti in terra per illos septuaginta annos: ⁊ nunc incipientib⁹ iudeis edi ficare templum isti voluerunt edificare cum eis. Cum vō iu dei non consensissent isti samaritani inceperunt perturbare iudeos ne edificarent: ⁊ accusauerunt eos apud regem ba bilonis. ¶ Interim autem contigit Cirum regem persarum qui regnabat in babylone mori. Naz occupatus in bello ma sagetarum a regina ipsoꝝ circūuentus occisus est: caput q̄ eius missum est in vtrem plenum sanguine humano dic tumq; est. Saciare saciare sanguine hūano: quē tādiu siti sti. Regnauerat autez annis triginta. Huic successit fili⁹ eius cābises qui vocatus ē alio nomine nabucodonosoꝝ. Ad istū directa est accusatio samaritanoꝝ contra iudeos ne edifi carent templum. p̄mo esdre. 4. Et vocatur ibi iste artaxerses ⁊ sic habet tria nomia. ſ. cābises nabucodonosoꝝ artaxer ses. Suscepit iste accusationem samaritanoꝝ: ⁊ p̄hibuit edi

M Cir⁹ rex mo ritur. Cābises ci ri filius re gnat annis vij. Trinomi⁹ fuit cambi ses.

ficari templum. Mansitq; sic opus incompletum: ⁊ cessatū est ab edificatione quasi per nouem annos. ſ. per septē ānos quibus regnauit cambises: vt ipse duos annos p̄mos darij qui successit ei: vt ait Joseph⁹. xi. antiquitatū. Ut p̄z. j. esdre. 4. ſ. Tunc intermissum est opus domus dei in hierusalem: ⁊ non fiebat vsq; ad ānum 2^m^ regni darij regis persaꝝ de q̄ postea dicetur. Iste cābises cuius p̄mo āno p̄hibitū ē edi ficare templum cepit regnare āno centesimo a transmigra tione iudeoꝝ in babilonem. ſ. ante xp̄i natiuitatem annis quingentis: ⁊ vno ⁊ ab orbe condito annis tribus millibus quadringētis quinquaginta ⁊ octo: ⁊ regnauit ānis septē. Iste vocatus est nabucodonosoꝝ alio nomine: ⁊ sub eo con tigit historia libri Judith. Et ita vocatur ibi nabucodonosoꝝ ita tenent omnes descriptores tēpoꝝ. Et cepit in principio re gni eius. Nam ipse volebat vocari deus: ⁊ solus haberi: vt deus: ⁊ propter hoc iusserat q̄ Holofernes princeps milicie sue destrueret omnia idola gentium: vt ipse solus tanq̄ de⁹ haberetur. De hoc tamen quomodo possit stare ōclarabitur in principio libri iudith. Dum hec aguntur contingit mori Jesum filiū Josedech sacerdotē magnū qui sub cābise vł in principio regni darij mortuus est: ⁊ successit ⁊ Joachim fi lius eius in summo sacerdotio: vt ait Josephus. xi. antiqta tum. Iste cābises edificauit babilonē ciuitatem in egypto in memoriam illius que erat in caldea: ⁊ erat caput regni sui: ⁊ volebat ipse transferre sedem regni in Egypto. Mortuo autem cambise post septē annos quibus regnauerat succes serunt septem magi in regno persarum qui regnauerāt men sibus septē. Postq̄ autem samaritani posuerunt accusatio nem contra iudeos ⁊ vetita est edificatio templi anno p̄mo cābisis regis: vt dictum est ascendit tunc zorobabel princeps iudeoꝝ de iudea in babilonem: vt responderet accusatio ni samaritanoꝝ ⁊ permitterentur iudei edificare templū. Quod viuente cambisse impetrari non potuit. Tunc zoro babel mansit in babilone: ⁊ adhesit Dario qui erat vnus de magis persarum qui erant potentes apud cambissem: ⁊ ta men nonduꝫ regnabat: ⁊ sepe significabat ei quomodo tem plum Jerusalem quod Cyrus edificari iusserat mandato cā bisis edificari vetabatur: ⁊ darius motus est in desiderium edificandi illud si posset: ⁊ vouit q̄ si deus faceret cum regē persarum: qō edificaret templum hierusalez. Accidit interea mori cambisem de quo. ō. diximus ⁊ regnauerunt magi per septem menses cum nullus maneret successor cambisis: ⁊ isti quia non poterant esse simul reges eiusdem regni cona bantur inuenire modū: vt vnus eoꝝ regnaret. Et cum nō conuenirent tandem diffinitum est: qō die quodam oēs ociē te sole simul in cāpuꝫ equitando procederent: ⁊ cuius equ⁹ primus hinitū emitteret regnaret: quia apud persas hinit⁹ equi prosperitatis augurium iudicatur. Seruus autez qui dam darij equo quem ipse in crastino ascensurus erat in lo co ad quē magi equitando processuri erant equam subiecit. Sequenti autem mane cum ad predictum locum magi ve nissent equus darij nocturne delectatiōis veneree in ipo lo co recordatus hinitum emisit: ⁊ sic darius rex constitut⁹ est. Cepit autem regnare darius a transmigratione in babilonē anno centesimo quarto fere: ⁊ erāt ab orbe condito āni tres mille quadringenti sexaginta quinq; ⁊ ante christi natiuita tem fuerunt anni quadringenti nonaginta ⁊ octo fere ⁊ re gnauit annis triginta ⁊ sex. Manebat autem tunc cum eo zorobabel princeps iudeoꝝ de quo. ō. diximus. Et in pri mo anno regni sui iste darius fecit cenam magnam omnib⁹ principibus suis. Et nocte illa Darius cum modicuꝫ dormis set euigilauit ⁊ tribus iuuenibus custodibus corporis sui p posuit questionem. ſ. que esset res fortior inter omnes: ⁊ qui melius responderet magnum honorem habiturus erat. Co gitauerunt autem iuuenes quorum vnus erat Zorobabel. vt ait Josephus. xi. antiquitatum. Et sequenti die coram Da rio ⁊ principibus suis primus disputauit vinum omniū re rum esse fortissimum. Secundus regem dixit fortiorez. Ter tius mulieres dixit omnibus rebus fortiores: ⁊ tamen su per hoc omnia veritatez excellere. Et iste fuit zorobabel. Cū q̄ singuli dixissent: sententia istius laudata est. Et Dar⁹ di xit q̄ peteret etiam si aliquid vellet vltra id qō ipse promise rat. Dixit autem zorobabel q̄ solum petebat q̄ Darius im pleret votum suum. ſ. q̄ si rex fieret edificaret templuꝫ in hie rusalem. Et nihil aliud volebat: vt patet. ij. esdre. 4. ⁊. 5. ⁊ p

Josephū

De hi storia iu dith.

Cābises edifica uit babi lonem i egypto.

Morit cābises.

Regna re incipit Darius ⁊ annis 30. regi uit.

Josephum .xi. antiqui. Tunc darius surrexit de solio suo ⁊ osculatus est Zorobabel. Et dedit ei epistolas ad principes Syrie ⁊ fenicis: ⁊ ad samaritanos: vt permitterent iudeos edificare templū: ⁊ vt darent eis ligna de libano: ⁊ q̄ ō̄ reddit̄ regis darent eis expensas p̄o edificatione: ⁊ p̄o sacrificijs: vt patet .ij. esdre .5. Tunc redijt Zorobabel de babilone ferens istas epistolas. Quod fuit p̄mo anno darij regis. Et tunc uerunt cum eo multi de iudeis qui manserant in babilone: tam de sacerdotibus ⁊ leuitis q̄s de populaṙ videntes affectus regis erga iudeos. Et fuit ista secūda trās migratio de babilone in iudeā: ⁊ plurimi fuerūt in hac trās migratione: quorum numerum ponit Josephus .xi. antiqui. Ceperunt tunc in aduentu zorobabel iudei opus templi cō tinuare: quod iam per nouem annos intermissum fuerat: ⁊ istud fuit anno .ij. Darij. Erant tūc duo prophete in iudea .s. aggeus ⁊ zacharias. Et isti adiuuabant operātes p̄imo esdre .5. Tunc samaritani accusauerunt iterum iudeos apud darium q̄ construerent templum fortissimus: ⁊ q̄ iudei posſent reuellare regibus persaruꝫ. Tunc aliqui iudei volebāt cessare ab edificatione templi quousq̄s diffiniretur per darīū sed aggeus ⁊ Zacharias prophe instabant q̄ opera fierent ⁊ non attenderent ad impedimenta samaritanoꝝ. Et sic factum est. Interim tamen miserunt iudei legatos ad Darium regē responsuros accusationi samaritanoꝝ: ⁊ fecit darius in quiri in bibliothecis sicut petiuerant samaritani ⁊ inuentus est quomodo Cyrus rex concessisset iudeis edificare tēplum. Tunc darius confirmauit mandatum cyri: addēs q̄ de reddit̄ suis darentur expense p̄o edificatione: ⁊ etiam p̄o sacrificijs: vt patet p̄mo esdre .4. ⁊ .6. Tunc cessauerunt samaritani impedire iudeos iuxta mandatū regis: ⁊ dederunt eis expensas quas iusserat. Et finitum est templum duce zorobabel. Unde dicitur zacharie .4. q̄ manus zorobabel edificauerunt templum. Consumatum est tēplum annis quasi sex post q̄s darius ceperat regnare. Quod fuit ab ortu condito annis tribus millibus quadringentis septuaginta ⁊ vno ⁊ fuit añ christi natiuitatem annis quadringentis: ⁊ quasi nonaginta duobus. Hoc tempore pythagoras qui apud grecos floruerat moritur. Iste enim magne frugalitat fuit. ⁊ vite continentissime: distrahens homines ab esu carnium asserens q̄ anime hominum transirent de corpore in corpus: ⁊ interdum migrarent in corpore bestiaruꝫ. Unde poterat q̄s carnes patris sui comedere si comederet carnes pecorum ad que anima patris vel matris demigrasset. Dixit etiam se fuisse militem euphorbum occisum in bello Troiano: ita q̄ anima illius militis erat anima quam ipse habebat. De hoc Ouidius .15. Meta. Iste fuit p̄ius qui apud grecos p̄hm se appellauit cuius p̄ius huiusmodi homines sapientes vocarentur. Et cum istud esset nomen cuiusdam arrogantie interrogatus quid esset non se sapientem sed p̄hm .i. sapientie amatorem professus est. Que appellatio postea in ceteros deriuata est: vt ait Aug. de ciui. dei lib. 8. ¶ Dario isto mortuo qui ānis triginta: ⁊ sex regnauit succeſſit ei xerses filius eius: qui regnauit annis viginti: ⁊ incepit regnare post transitum iudeorum in babilonem annis centum ⁊ triginta nouem: ⁊ a reditu de babilone annis sexaginta nouem. Et fuit añ xp̄i natiuitatem annis quadringentis ⁊ sexaginta duobus. Hoc tempore iudei manebant in pace in hierusalem: ⁊ cerimonijs legis vtebantur edificato iam templo. vt .s. dictus est muri ciuitatis nondum erant edificati. Quos postea neemias reedificauit. Uiuebat autem hoc tempore zorobabel. Iste xerses fuit deuotus erga cultum dei: ⁊ gentem iudeorum: ⁊ honorabat eos sicut pater suus Darius de hoc Joseph. xi. antiquitatum dicit. s. Dario defuncto filius eius xerses regnum suscipiens voluntatis paterne collendi ⁊ honorandi deum here apparuit. Omnia namq̄ faciebat que religionis erāt: patrez sequutus ⁊ iudeis liberaliter vtebatur. ¶ Mortuo autez isto xerse post viginti annos regni sui succeſſit artaban⁹ qui septem mensibus solus regnauit apud persas. Hoc mortuo regnare cepit artaxerses qui longimanus appellatur ⁊ regnauit annis quadraginta. Cepit autem regnare ab ortu condito annis tribus millibus quingentis ⁊ viginti duob⁹: post transmigrationem babilonis iudeorum in babilonē annis centum ⁊ sexaginta: ⁊ a reditu ō babilone annis nonaginta tante christi natiuitatem annis quasi quadringentis ⁊ quadraginta duobus. Hoc tēpore erat in babilone vir qui

P Finita fuit templi edificatio.

Pythagoras mortuꝰ.

Opiniones pythagoꝛ.

Ouidiꝰ .15. met.

Mortuꝰ Dariꝰ ⁊ Xerses eiꝰ filius regnat.

Artabanꝰ regnat vij. mēsibus. Artaxerses lōgimanꝰ regnat annis .xl.

dam nomine esdras sacerdos qui erat de genere sūmorū sacerdotum per rectam lineam: vt patet p̄mo esdre .7. vbi pōitur progenies reducendo vsq̄ ad Aaron non tamen erat sūmus sacerdos: quia Joachim filius Jesu filij Josedech erat tunc sūmus sacerdos. vt .s. dictum est. Iste esdras fuit sapiētissimus in lege: ideo vocatur scriba doctꝰ ⁊ eruditus ⁊ scriba velox in lege domini. p̄mo esdre .7. Nam scriba apud hebreos sapiens dicitur. Iste in p̄incipio regni huius artaxersis restaurauit legem domini que magna ex parte combusta fuerat. Et ad hoc spiritum prophēticum habuit sicut p̄ores scriptores per spiritum sanctum libros illos scripserant: q̄ alias non reciperemus istos libros reparatos ab esdra. Q̄ quicūq̄ homo quātūcūq̄ eruditus si soli sapientie humane innitatur errare potest: ⁊ non est tāte auctoritatis: q̄ necesſario ei fidez adhibere debeamus: vt magis diximus .s. in p̄logo nostro. De ista tamen reparatione legis super Esdram multa expedienda sunt. Iste esdras sicut fuit magnus sapiētia: ita ⁊ operibus ⁊ potētia clarus ⁊ artaxersis p̄dicti amicus fuit. Iste desiderauit de babilone ire in iudeaz cui rex artaxerses p̄opter amicitiam: ⁊ viri auctoritatē concessit multa p̄iuilegia: non solum ei sed ⁊ templo domini ⁊ genti iudeorum: iubens q̄ de redditibus suis quos habebat in Syria darentur omnes expense p̄o sacrificijs: ⁊ alijs necessitatibus templi domini. Quod late habetur p̄mo esdre .7. Concessit etiam ei q̄ ipse doceret omnes iudeos in lege dei: ⁊ q̄ō esset p̄inceps gētis iudeorum: ⁊ q̄ō nemo auderet transgredi legem ab eo datam iuxta penas quas imponeret: ⁊ multa alia in fauorem eius. eo. c. ¶ Jussit etiam q̄ omnia vasa q̄ superfuerant in babilone de vasis templi domini que nōduꝫ omnia portata fuerant in hierusalez nunc darentur esdre: ⁊ portaret illa: ⁊ sic factus est. Esdras recessit de babilone portans vasa domini anno septimo huius artaxersis: vt p̄z. p̄imo esdre .7. ⁊ .8. ⁊ cum esdra venit tunc multitudo magna iudeorum de babilone sacerdotum ⁊ laicorum de quibus patet. p̄mo esdre .8. c. ¶ Ex hoc apparet quomodo fuerūt tres redditus iudeorum de babilone. s. primus sub zorobabel: ⁊ Jesu Josedech sacerdote magno in p̄incipio regni Cyri. ¶ Secundus sub solo zorobabel: quando attulit licentiam edificandi templum anno p̄imo darij regis. ¶ Tertius fuit nunc sub esdra in p̄incipio quasi regni artaxersis. s. anno eiꝰ septimo. vt dictus est. De hijs omnibus patet .s. Ita fuerunt tres transmigrationes iudeorum in babilonem. s. Una sub Joachim rege iuda: ⁊ alia sub Sedechia: ⁊ alia quinq̄ ānis post p̄recedentem transmigrationem quantū ad iudeos qui fugerant in Egyptum de quibus etiam supra dictum est. ¶ Quando venit Esdras in hierusalem erat sacerdos magnus Joachim filius Jesu filij Josedech: ⁊ ad ipsum pertinebat p̄incipatus cum sūmi sacerdotes post redditus de babilone semper p̄refuerint. Quia tamen artaxerses posuerat esdram p̄incipem gentis iudeorum: ⁊ q̄ō omnes tenerentur seruare legem eius. p̄mo esdre .7. ipse erat maior p̄inceps q̄s Joachim ⁊ dū ipse vixit ipse semper p̄refuit vt colligitur ex libris eius. Nā ipse populū cogebat ad obseruandā legem dei vt patet imediate post q̄s autē venit esdras inuenit mltos de sacerdotibꝰ ⁊ leuitis ⁊ de laicis qui acceperant vxores alienigenas de moabitis ⁊ āmonitis ⁊ alijs nationibus ⁊ p̄redicauit eis ⁊ coegit recedere ab illis expellēdo illas ⁊ filios quos ex eis suſceperant. De quo patet p̄mo Esdre .9. ⁊ .x. ⁊ neemie .13. Et fecerunt tunc honorabile festuꝫ scenofegie de quo ibi. ¶ Esdras autē post q̄s longo tempore vixit plurima opera laude digna faciens ⁊ corrigens delicta gentis iudeorum in senectute bona defunctus est: ⁊ in hierusalem cum magno honore sepultus est. Ipso tempore mortuus est Joachim sūmus sacerdos filius Jesu filij Josedech qui fuit secūdus sūmus sacerdos post redditum de babilone ⁊ successit ei Eliasib filius eius. Tertius sūmus sacerdos. Et iste erat sacerdos magnus tempore neemie: vt patet neemie .3. de hoc Josephus .x. antiquitatum. Hic finitur historia libroruꝫ duorum esdre. ¶ Nunc incipit historia libri neemie: quia licet liber neemie contineatur inter duos libros esdre. s. primum ⁊ 2ᵐ ⁊ neemias sit medius illorum quasi sit liber Esdre: tamē non est: sed primus ⁊ secundus esdre ponunt historiaz vniꝰ ⁊ eiusdem temporis nec continuatur secundus p̄mo in tempore aut ordine rerum gestarum: sed solum recapitulat aliqua que pertinent ad p̄imū lib̄ supplēdo quedā obmissa:

R Tres reditus iudeoꝝ de captiuitate babilonica.

Mors Esdre.

Mors Joachim p̄ncipis sacēdotum.

S Neemias venit ī hierusalem ⁊ muros ciuitat edificauit.

ꝛ primus ꝛ secundus eodem tempore: ꝛ in eadem materia finiantur: liber autem neemie incipit imediate post libꝝ esdre. Nam esdras redꝭt de babilone anno septimo artaxersis vt patet primo esdre. 7. historia autem neemie incipit āno vigesimo istius artaxersis: vt patet neemie p̄mo ꝛ scō ꝛ erāt tunc a transmigratione iudeorum in babilonem anni cētus ꝛ octoaginta: ꝛ a redditu de babilone anni centum ꝛ decez ꝛ ante christi natiuitatem annis q̄dringentis ꝛ viginti vno ꝛ ab orbe condito anni tres mille quingenti ꝛ quadraginta ꝛ duo. ¶ Uiuebat autez adhuc esdras quando neemias venit ad reparandum hierusalem: sed quasi post annos .xi. mortuus est: ꝛ sic presens fuit dum muri hierusalem reedificarentur. Et ob hoc in libro neemie fit mentio quedā de operibus esdre. vt patet neemia. 13. Iste neemias erat iudeus manens adhuc in babilone siue in regno persarum post tertiuꝫ redditum iudeorum de babilone sub esdra: ꝛ erat pincerna regis artaxersis manebantq; plurimi iudei ibi: quia nūquaꝫ omnes iudei redierunt de babilone. Iste cum esset apud regem persarum vidit quosdam iudeos qui veniebant de hierusalem. Et querens de statu terre inuenit muros Hierusalē esse destructos ꝛ nullam esse munitionem intra quam habitatores possent defendi. Propter qō ipse tristis effectus impetrauit a rege artaxerse anno vigesimo regni eius q̄ edificaret muros hierusalem: ꝛ postea rediret ad eum: ꝛ accepit epistolas ad prepositos ꝛ duces terre Syrie vt adiuuarent eum in operibus que ipse intendebat: vt patet esdre. p̄mo ꝛ ij. Uenit autem neemias in hierusalez: ꝛ suasit iudeis vt muros vrbis cum eo edificarent. Timebant autem iudei propt̄ samaritanos qui erant hostes eoꝝ ꝛ impediuerāt illos quā do edificabant templum. Et tamen confortati a neemia incepunt edificare: ꝛ vt opus citius fieret diuiserūt inter se iudei partes murorum. s. vt tales edificarent vsq; ad talem locum: ꝛ tales vsq; ad talem. ꝛ prius de edificatoribus fuit heliasib sūmus sacerdos de hīs neemie. 3. ¶ Audientes samaritani ꝛ arabes ꝛ alī habitatores terre q̄ iudei edificarent prestiterunt eis multa impedimēta: ita vt cogerentur iudei edificantes vna manu facere opus ꝛ alia tenere lanceam. i. quidam edificabāt ꝛ alī circa eos erant armati: vt defenderent eos ab subitis incursibus samaritanorum: ꝛ aliorum hostium. De hīs neemie. 4. ꝛ. 5. ꝛ. 6. Hoc modo iudei cum labore edificauerūt vsquequo completi sunt muri: ꝛ posite sunt porte. Durauit autem murorum edificatio annis duodecim vt ait Josephus. xi. antiquitatū. s. quos labores sustinuit neemias per annos. xp̄. ꝛ menses quattuor. Nam tanto tempore muri hierosolymorū completi sunt: ꝛ fuit hoc anno. 32. regni istius artaxersis. Nam anno. 20. eius incepti fuerunt: ꝛ xp̄. annis durauit edificatio murorum: ꝛ finitis muris populus fecit magnum gaudium ꝛ cōuiuia per multos dies tūc erant pauci habitatores in hierusalem. Et fecit neemias: vt omnes principes iudeorum habitarent in hierusalem: ꝛ populares diuiderentur per decem partes: ꝛ vna pars eorum habitarent in hierusalem cui per sortem eueniret. Tūc plurimi se obtulerunt ad manendum sponte in ciuitate neemie xi. Fuit ista edificatio murorum consumata ab orbe condito tribus mille quingētis ꝛ quinquaginta duobus annis: a captiuitate babilonis annis cētum nonaginta duobus: ꝛ a reditu de babilone centum ꝛ viginti duob⁹: ꝛ ante christi natiuitatem quadringentis ꝛ nouem. Ipso āno redꝭt neemias ad regem artaxersez: q; pincerna eius erat: ꝛ non dederat ei licentiam nisi vt fabricatis muris rediret ad eu: vt patet neemie. ij. Ipso anno mortuus est esdras in senectute bona: vt dictum est. Mortuo isto artaxerse qui dicebatur longiman⁹ filius eius Xerses qui vocatur xerses scōs suscepit regnuꝫ. Qō fuit ante christi natiuitatē annis quadringentis ꝛ vno ꝛ post transmigrationem in babilonem annis ducentis: ꝛ a reditu de captiuitate anniꝭ centū ꝛ triginta ꝛ regnauit duobus mensibus. Hoc mortuo successit in regno persarum sodianus qui imperauit mensibus septem. Sub hīs duobus propter temporis breuitatem nihil dignum relatu accidit. Post sodianum regnauit Darius nothus ānis decem ꝛ nouem. Qui cepit ab orbe condito annis tribus mille quingētis sexaginta tribus ꝛ ante christum natum annis quadringentis: ꝛ a transmigratione babilonis annis ducētis ꝛ vno ꝛ a reditu de babilone: annis centuꝫ triginta ꝛ vno. Hoc tē pore floruit Plato pbus: ꝛ tunc etiam hypocras medic⁹ famosissimus fuit: ꝛ ambo in grecia. Tunc etiam Dionysi⁹ tirannus fuit in Scicilia qui tanq̄ totius crudelitatis exemplar ab omnibus auctoribus inducitur. Phallaris etiaz tyrannus tunc fuit qui fecit bouem eneū ad cremandum itus homines ꝛ artificē rei. s. pillū qui per ꝺ crudelitatis ingeniū tyrāno placere optauerat primū intra bouē ad huius rei experientiam capiendam ardere fecit: vt ait Ualerius maxim⁹ ꝛ Seneca. De hoc Paulus orosius de ormesta mūdi. Mortuo isto Dario successit artaxerses qui Assuer⁹ dicitur ꝛ regnuit annis quadraginta. Et incepit ab orbe p̄dito, annis trib⁹ millibus quingētis ꝛ octoaginta duobus: ꝛ ante christi natiuitatem annis trecentis ꝛ octoaginta vno: ꝛ a trasmigratione in babilonem annis ducentis ꝛ viginti: ꝛ a reditu de babilone annis centum ꝛ quiquaginta. Sub isto incepit historia libri hester anno. 3. eius: vt patet hester p̄mo ꝛ sub ipo finita est. Ipse enim fuit qui exaltauit mardocheum auunculum hester: ꝛ suspendit Aman hostem iudeorum: qui voluerat omnes iudeos in toto orbe vna die occidere. De hys etiam Josephus. xi. antiquitatum. Et fuit hoc quasi annis triginta post edificationem murorum hierusalem: vt patet. ex p̄cedentibus ānis intermedīs inter hoc tempus ꝛ edificationem. Et sic inter finem libri neemie: ꝛ principiuꝫ libri hester fuerunt anni quasi triginta: q; historia neemie finitur in edificatione murorum. Quod autem ponitur ibi de actibus esdre in fine libri non fuit post edificationem murorum: sed q; esdras ꝛ neemias fuerūt cōtēporanei. Hoc tempore anaxagoras philosophus moritur: ꝛ tunc Aristo. Platonis discipulus floruit. Tunc etiam Eraclitus ꝛ Democritus ꝛ Socrates ꝛ Diogenes floruerunt. Eo tempore mortuo Heliasib qui fuerat tertius sūmus sacerdos post redditū de babilone successit filius eius iudas. 4. sūmus sacerdos: vt ait Josephus. xi. antiquitatum. ¶ Mortuo Assuero p̄dicto regnauit alius artaxerses qui vocatur ochus annis viginti ꝛ sex. Et cepit ab orbe condito annis tribus millibus sexcentis ꝛ viginti duobus. Et ante christū natū annis trecentis ꝛ quadraginta vno: ꝛ a transmigratione in babilonem annis ducentis ꝛ sexaginta: ꝛ a redditu de babilone annis centuꝫ ꝛ nonaginta. Hoc tēpore demosthenes orator apō grecos floruit de quo Hiero. in epistola ad paulinum. Tunc etiaz Yso crates philosophus etiam orator fuit. Tunc mortuo Platone successit ei in doctrina sua speusippus nepos eius. i. filiuꝫ sororis sue quē aliquando Aristo. nominat. Hoc tēpore mortuo iuda quito sacerdote filius eius Joānes quintus sacerdos ꝛ successit: vt ait Josephus. xi. antiquitatuꝫ. Habuit iste Joānes sacerdos fratrem quendam minorez nomine Jesuꝫ qui amicus fuit cuiusdam principis regis persarum qui vagoses dicebatur. Et iste promiserat ei sūmū sacerdotiuꝫ. Huius confidentia Jesus minor contra fratrem suum Joānem sacerdotem magnum in templo iurgat⁹ est: ita vt Joanes Jesum in templo occideret. Tantum facin⁹ in eum cōmisit in templo q̄ nūq; pri⁹ nec apud Barbaros ita crudeliter ꝛ impie factum est. Et ob hoc templum in seruitutem persarum redactum est. Nam dixit vagases predict⁹. Ausi estis in templo vestro homicidium cōmittere: ꝛ hoc dicens ingressus ē templum. Et non permisit iudeis pri⁹ offerre sacrificia q̄ ꝑ quolibet anno soluerent ei quinquaginta dragmas. Et hoc per septem annos durauit: vt ait Joseph⁹. xi. antiquitatum. Mortuo isto Artaxerse regnauit arges qui Arsam⁹ dicitur annis quattuor. Et cepit ab orbe condito annis trib⁹ millibus sexcentꝭ quadraginta octo: ꝛ ante christum natum annis trecentꝭ ꝛ quindeciz: ꝛ a transmigratione babilonis annis ducentꝭ ꝛ octoaginta ꝛ sex: ꝛ a reditu de babilone ānis ducentꝭ sexdecim. Hoc tempore moriente Joanne sacerdote quinto fili⁹ ei⁹ hiadus in sūmum sacerdotium sext⁹ successit. Et iste fuit sacerdos tempore Alexandri macedonis. vt. j. dicetur de quo Josephuꝭ. xi. antiquitatum. ¶ Mortuo Arge siue Arsamo: Dari⁹ fili⁹ ei⁹ successit in regno persarum annis sex: ꝛ cepit ab orbe condito annis trib⁹ millib⁹ sexcentꝭ quinquaginta duob⁹: ꝛ ante christum natuz annis trecentꝭ ꝛ vndecim: ꝛ a transmigratione in babilonem annis ducentꝭ: ꝛ nonaginta: ꝛ a reditu de babilone annis ducentꝭ ꝛ viginti. Iste est Dari⁹ cōtra quē pugnauit Alexāder macedo. Eo anno quo Dari⁹ apud persas cepit regnare: cepit quoq; alexāder apud macedones occiso pr̄e suo Philippo. s. annis trecētis ꝛ vndecim ante christuꝫ natum. Iste multa bella fecit cū Darium:

Hippocras medic⁹.

Dionisius tyrānus.

Phallaris tyrānus.

Artaxēses q ꝛ assuer⁹ annis xl.

Histo⁹. hester.

U

Anaxagoras phs.

Aristoteles.

Eraclitus.

Democrit⁹.

Socrates.

Diogenes.

Judas sūm⁹ sacerdos.

Artaxē ses, och⁹ regꝭt annis. xxvj.

Demosthenes orator.

Isocrates phs.

Speusippus.

Joānes sūm⁹ sacerdos.

Arges q Arsam⁹ dicebaꝭ ānis ꝗtuor.

Hiadus sacēdos magn⁹.

Darius ānis sex iperat.

X

Alexander magn⁹ regre ꝛcipit ꝛ regnauit ānis xij.

T Mortuꝭ Artaxerses ꝛ xerses scōs regꝭt duob⁹ mēsib⁹.

Sodian⁹ ipatmēsib⁹ septem.

Dari⁹ noth⁹ regat ānis 19.

Plato floret.

£ 6ª rō

¶ Itē lex xp̄i fuit sic̄ finis & lex moysi sic̄ id qđ est ad finē: Et tm̄ nō pñt stare sil'finis: & qđ est ad finē: ſz vno hito cessat alterū: sic̄ hito termino cessat motus: iō aduenīēte lege xp̄i nō debebat nec poterat manē lex moysi. Lex tm̄ Joā. si aliquā daret nō erat respcū legi moysi sicut finis & ea q̄ sūt ad finē: q: non erat vna pp alterā: ſz ambe pp legē: iō lex Joā. nō debebat tollere legē moysi. ¶ Itē lex xp̄i & moysi se hñt sic̄ figura & figuratū: & sic̄ vmbꝛa & coꝛpus: & tm̄ exñte figurato cessat figura vel signū: & aduenīēte coꝛpoꝛe nō attēdim' ad vmbrā: iō aduenīēte lege supflua erat lex moysi. P3 ß ad hebꝛe. xj. ſ. Umbrā. n. futuroꝛ bonoꝛ h3 lex & nō ipsaz imaginē. i. nō ꝓtinet ipsaz rē bonā quā reputant. Lex aūt Joā. nō se hēret sic ad legē moysi: q: vtraq̄ esset sic̄ vmbꝛa cū neutra ꝓtineret grāz & pfectionez qđ solū cōpetebat legi xp̄i: iō nō cessaret vna p alterā: & sic nō posset eē lex Joā. distincta a lege moysi.

F 6ª rō

¶ 6° ad p̄ncipale p3 q: Joānes nō erat facturus nisi id ad qđ mittebat̄. Ipse aūt nō mittebatur ad dandū aliquā legē: ſz solū ad ānūciādū xp̄m: iō nō debebat dare legē: ſz p̄cepta q̄ nō facerēt legez distinctā a lege moysi.

G 7ª rō

¶ 7° q: nō est ponēda pl'alitas sine nēcitate: ideo si Joā. poterat facē id ad qđ mittebat̄ nō dādo legē: non erat ꝓueniēs q̄ daret legē. Et tm̄ nō erat nēcia aliq̄ lex ad opera que Joā. faciebat: iō nō debuit legē dare. P3 ß q: duo erant opa ad q̄ Joā. missus erat. vt. ſ. dcm̄ est. ſ. oñdē Jesuz eē messiaz: & p p̄dicationē suā disponē hoies ad suscipiēdā legem xp̄i. Ad p̄mū nō erat nēcia lex: q: lex iubet vel vetat: & non ꝓsistit in affrmādo vel negādo. Oñdere tm̄ Jesuz eē messiaz erat solū q̄dā assertio vel demōstratio: iō nō erat ad ß nēcia lex nec aliq̄ mō vtilis. De 2° p3 q: ppl's disponi dēbat p aliq̄ p̄cepta q̄ Joā. daret q̄ eēnt magis pfecta q̄z p̄cepta legi moysi: q̄ tm̄ ista darent̄ p modū legis distincte a lege moysi vl'nō eēnt aliqđ distictū nō differebat q̄z tū ad ß q̄ ppl's p illa p̄cepta disponeret si ppl's illa recipiebat.

Rñ°. ad p̄am rō. nēi opositus

¶ Ad p̄m in ꝛ̄rium cū dr̄ q̄ nō fuit maioꝛ cā de p̄ceptis moysi q̄z Joā. dōz q̄ valde maioꝛ fuit: q: p̄cepta annūciata ppl'o p moysez fuerūt data ppl'o ad manēdū sub illis lōgo tpe: q: pl'es q̄z mille & qn genti ānā fuerūt a lege data p moysez vsq̄ ad xp̄i mortez qm̄ cessauit. Et pro tanto tpe ppl's egebat aliq̄ lege in q̄ manēt.

Rñ°. ad 2am rō. nēi opositus

¶ Mandata aūt Joā. nō poterāt ad plus manere tribꝰ annis: vt decl'atū est. ſ. & p tā pauco nō erat lex nēcia. imo nec ꝓueniēs. ¶ Itē q: mādata moysi fuerunt tot & tā sufficiebāt ad regēdā totā vitā hūanā sine alia lege: iō poterāt hr̄e p se nomē legis. Mandata aūt Joānis erāt pauca & nō sufficiebant ad hoc q̄ esset lex. Multe quoq̄ alie rōnes differētie de hoc. ſ. posite sunt. ¶ Ad scām dicēdum q̄ p̄cepta Joannis pfectioꝛa erant p̄ceptis Moysi: nō tamē pp ß hñt potius rōnez legis q̄z p̄cepta moysi. Sic p3 de ꝓsilijs & p̄ceptis

noui testi

notii testi: q2 ꝓsilia sunt perfectioꝛa q̄ꝫ p̄cepta: ⁊ tñ p̄cepta vocanť lex ⁊ ꝓsilia non: q2 p̄cepta obligant ⁊ non cōsilia. Et tñ lex obligat: qa lex alligando. idest obligando dī. Et sic licet mandata Joānis eēnt pfectioꝛa non seq̄ꝫ q̄ essent lex. ¶ Ex quo data fuit lex moysi ⁊ p̄cepta Joānis ad disponēdum iudeos ad legē xp̄i an etiam gentilibus dari debuit aliqua lex ante christi legem. Questio. XI.

Querit cū dictū sit q̄ data fuit lex moysi ad disponendū iudeos ad legē xp̄i: ⁊ post illā p̄cepta Joānis: q2 lex moysi non pfecte disponebat: an ꝺbuit dari aliqua lex gentilibus anteq̄ꝫ susciperent legem christi. ¶ Aliqs dicet q̄ sic: q2 non solū iudei recepturi erant: sꝫ ēt gentiles: sicut ḡ iudei habuerūt duo dispositiua ad legē xp̄i s. legē moysi ⁊ p̄cepta Joā. debuerunt gētiles hēre aliquod s. aliquā legē. ¶ Quidā dicūt q̄ hūerunt legē nālē in coꝛdibus suis q̄ disponebat eos ad legez nālem xp̄i: ⁊ per illā ita ipsi disponerenť sic iudei per legez moysi. Sic dī ad ro. 2. q̄ gentes q̄ legē nō hñt nāliter ea que legis sūt faciūt eiusmodi legē non hñtes ipsi sibi sunt lex: q ondunt opus legis scriptum in coꝛdib⁹ suis: testimoniū reddēte illis ꝛsciētia ip̄oꝝ. ¶ Dōm q̄ ꝫ nō stat: q2 ꝫ ista lex nālis in hoie sit: non tamē sufficit disponē hoiez ad pfectionē q̄lis est in lege xp̄i. Et p3 hoc ex duobus. ¶ P2io q2 in nulla pollicia est aliq̄ legislatio pfeca: sed quecūq̄ꝫ legislatio hūana pmittit multa mala. Q2 si vellet oia ꝓhibere nō posset lex tolleraꝛi. Si tñ hoies per legē nāe disponerenť ad pfectionem possent oēs policie hꝛe legislatiōes pfectas eo q̄ oēs hoies hñt in coꝛdib⁹ suis legē nālez. Nō ergo sufficit aliqs disponi ad pfectionē p solam legē nālē. ¶ 2⁹ p3 q2 si per legē nālem possent hoies sufficienter disponi ad pfectionē: frustra fuisset dari legē moysi ⁊ postea p̄cepta Joā. vt disponerenť iudei p ea ad legē xp̄i q̄ perfecta erat. Et tñ nō fuerūt ista frustra cū a deo data sint: ḡ per solā lgez nālē non pōt qs sufficiēter disponi ad pfectionem. ¶ Dōm q̄ gētiles nō disponebanť pfecte: p legē nālē ad legē xp̄i que erat pfecta: sed supplet indispō per gr̄az que dať in lege xp̄i. Jsta. n. est cā q̄re sola lex xp̄i vetat omnia mala. s. q2 in ipsa sola dať gr̄a: q2 legislatoꝛ ei⁹ pōt dare gr̄az obseruatoꝛibus. Et sic lz mandata sint pfecta ⁊ per ꝫ difficilia ad obseruandū: legislatoꝛ tñ facilitat hoiez ad obseruāda p gr̄am quā pfert obseruatoꝛibus: fm quā oia dura facilia effi ciuntur. Legislatoꝛ aūt qui est purus hō non pōt dare gr̄az fm quā difficultas legis aleuieť: iō non ꝺz vetare oia mala: q2 obligaret subditos suos ad plus q̄ꝫ ipsi p̄ñt fm id in quo subditi eius sunt. i. inquātuz sunt hoies solū nāliter viuētes. Legislatoꝛ moysi dare poterat gr̄am: q2 verus deus: ⁊ tamē noluit dare gr̄am per exercitationē illiuꝰ legis: q2 nō decuit gr̄am p̄cedere ip̄m xp̄m: sicut dī Joā. p. Lex per moysem data est. gr̄a aūt per Jesuz xp̄m fcā est. Et sic cū deus disponēt nō dare gr̄am p exercitationē legis moysi: debuit ēt nō ꝓhibere oia mala: sicut nec ꝓhibent legislatoꝛes q̄ sunt puri homines. Et ita fecit q̄ aliq̄ mala pmisit: sola aūt lex xp̄i est in qua nullū malū permittiť. Et nō est difficile obseruari eo q̄ iste solus legislatoꝛ gr̄az dedit: ⁊ in hac sola lege p obseruationē eius gr̄a dať. Et sic q̄cūq̄ꝫ hō ēt si nō fuerit p̄us dispositus pōt subire hāc difficultatē q̄ vī esse in lege xp̄i quātūcūq̄ꝫ sit perfecta: cū in ipsa deť gr̄a per quā difficilia reddantur facilia. Quare in lege moysi nō fuit data gr̄a cū deus dedisset eā: ⁊ legislatoꝛes possint dare leges pfectas: ⁊ an pec cent dimittēdo quedā pctā manifesta ipunita decl'atum est in libꝛo nr̄o defensoꝛio triū ꝛcl'onuz ꝯ emulos. ¶ Sed nūc dicet si lex xp̄i pp suam gr̄am adiunctā sufficienter disponit hoiem ad seruandū ipsam legē ēt si p̄us nō fuerit dispositꝰ: non opoꝛtebat q̄ daret lex moysi nec postea p̄cepta Joānis ad disponendū ad legē xp̄i. ¶ Dōm q̄ p2o iudeis susceptuꝛis legem xp̄i a p̄nº fuit nēcia aliqua dispositio que facta est per legē moysi ⁊ p̄cepta Joā. p2o gētilibus aūt non fuit necessaria aliq̄ dispō nec aliqua lex ꝓcedens. Rō¹ diuersitatis est: q2 iudei debebant recipere legem xp̄i ante moꝛtez eius: gentiles vero post moꝛtē. Et p2o susciꝓiētibus añ moꝛtē xp̄i fuit nēcia dispositio: ⁊ p2o susciꝓiētib⁹ postea nō fuit nēcia. ¶ P2ima pars p3: q2 xp̄s ex die quo icepit p̄dicare vsq̄ꝫ ad moꝛtem suaz: qō fuit triēnium aut paruꝫ plus semper p2edicauit iudeis ⁊ nūq̄ꝫ gentilibus: nec volebat facere aliq̄ miracula ad vtilitatē gētiliuz. sic patet. j. 15. q̄ chananea petiuit filiam suā liberari a demonio. Naz dixit xp̄s. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Sic etiam q̄ quidam cēturio petebat a xp̄o q̄ sanaret quēdaz seruū eius ⁊ ille erat gētilis ⁊ non ausus est p se rogare Jesuz: ꝫ misit ad illū seniozes iudeoꝝ qui dicebāt dignus est vt ei ꝫ p̄steꝰ: diligit. n. gentē nr̄am ⁊ synagogā ipse edificauit nobis luc. 7. ex quo appet q̄ ipse non audebat rogare: ⁊ ob ꝫ misit ad Jesum seniozes iudeoꝝ vt rogarent. Si tñ ipse solitus esset p2estare sanitatē gentilibus ⁊ p̄dicare eis: nō opoꝛtebat q̄ Centurio mitteret iudeos ad iesuz: sed ipse per se rogaret nisi forte aliqs dicat q̄ erat vir valde honoꝛabilis ⁊ noluit p seipsuz ire: ꝫ misit iudeos. Nā hoc nō stat: q2 potius fuit valde humilis cū dixerit dñe non sum dignus vt sub tectū meū intres. e. c. Etiā q2 si ex ꝛsupbia ipse voluisset ad xp̄m ire: xp̄s cognoscens p̄coꝛdia non p̄staret ei sanitatē quā petebat. Et non solū xp̄s nūq̄ꝫ p2edicauit gētilibus: sed ēt q̄ꝺiu ipse vixit dixit apl'is q̄ nūq̄ꝫ p̄dicarent gētilibus. j. 10. ⁊ marci. 6. ⁊ Luc. 9. s. Jn viā gentiū ne abieritis: ⁊ in ciuitates samaritanoꝛum non introieritis: ꝫ potius ite ad oues q̄ pierunt domus israel. Per p̄dicationē ḡ xp̄i ⁊ apostoloꝝ iudei suscepe runt legem xp̄i ante moꝛtē eius. gētiles aūt post moꝛtē illi⁹ susceperūt eā: q2 tunc incepit eis p̄dicare. Christus nāq̄ꝫ viuens vetuerat p2edicari gētilibus: cum ascensurus esset in celum iussit p2edicari euangeliuz gētilibus Marci vltimo s. euntes in mundū vniuersum p2edicate euangeliuz omni creature. Et. j. 18. dicit. Euntes docete omnes gētes. Hoc fecerunt apl'i post xp̄i moꝛtem. ¶ 2⁹ pars patet: q2 ante moꝛtē christi nō dabatur gr̄a per obseruationē legis nec perficiebantur hoies per eam: sed solum post resurrectionē suam ⁊ missionē spiritus sancti. Et p3 hoc: q2 apl'i fuerunt cum xp̄o a p̄ncipio p̄dicationis sue vsq̄ꝫ ad moꝛtē. ⁊ ꝓuersabanť cum eo die ⁊ nocte: ⁊ docebat eos semp declarās eis solis secreta. s. Vobis datum est nosse misteriuz regni dei: ceteris aūt in parabolis. j. 13. Et intm̄ familiariter loquebať eis secreta sua: q̄ vocabat illos amicos pp istā ꝓuersationem Joan. 15. s. Jam nō dicam vos seruos: q2 seruus nescit qd faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: q2 oia que audiui a pr̄e meo nota feci vobis. Et tñ cuz tota ista familiaritate christi erant viri imꝑfecti. Nam adhuc cum essent cū christo in vltima cena p̄tendebant inter se quis eoruz maioꝛ esset. Luc. 22. Quod ad magnā imperfectionē pertinet. Etiam Petrus q̄ familiaris erat valde xp̄o: negauit eū ter. j. 26. ⁊ oēs incredūli fuerunt de resurrectione dñi. Et non solū crediderunt euz resurrecturū: sed ēt postq̄ꝫ resurrexit nō credebāt dicētibus q̄ surrexerat: ꝫ potius terrebanť ⁊ mirabanť audiētes hec luc. 24. De quo xp̄s eos increpauit. e. c. ⁊ mar. 16. Erāt etiaz modice fidei xp̄o viuēte. Jō cū semel non potuissent sanare quēdā lunaticū: xp̄s increpauit eos dicēs. O gñatio incredula ⁊ peruersa quousq̄ꝫ ero vobiscū: ⁊ vsqueq̄ patiar vos. Et cū illi dixissent xp̄o q̄re nos nō potuimus ej̄cere illū. Dixit xp̄s. P2opter incredulitatē vr̄am. Erant ēt apl'i viri simplices q̄ꝺiu cū xp̄o manebant. Nam sepe dicebat eis multa: ⁊ non intelligebāt. Sicut qñ dixit eis. Cauete a fermēto phariseoꝝ: ⁊ illi putauerūt q̄ loq̄bať de panib⁹: q2 panes obliti fuerunt accipe. j. 16. ⁊ mar. 8. ⁊ luc. 12. De incredulitate eoꝝ p3. j. 17. ⁊ mar. 9. ⁊ luc. 9. Sic ēt qñ xp̄s dixit soluite tēplum hoc ⁊ in triduo redificabo illud non intellexerūt qd vellet dicē nec in tota vita xp̄i itellexerūt: ꝫ post resurrectionē ei⁹. recoꝛdati sūt de ꝫ: ⁊ itellexerūt q̄ dixisset de tēplo coꝛpis sui Jo. 2. Etiā qñ xp̄s dicebat aliq̄s pabolas nō itelligebāt: ꝫ interrogabant eū in secreto qd ista significarent. j. 13. Et sic qñ xp̄s dixit qō itrat p os non coinquat hoiem: ꝫ qō ꝓcedit ex oꝛe: ⁊ ipsi nō intelligerent q̄sierūt de ꝫ. xp̄s dixit. Adhuc vos sine intellectu estis. j. 15. ¶ Multas alias ipfectiones habuerunt apl'i ante moꝛtē christi etiam post moꝛtē vsq̄ꝫ ad aduentū spiritus sancti. Jn ipso autem aduentu ablate sunt imperfectiones contrarie: ita vt iaz in nullo essent imperfecti. De pfectionibus quas habuerūt apostoli post aduentū spiriritus sancti: ⁊ in perfectionibus quas habuerunt ante moꝛtem christi declaratum est magis numero vigesimo quarto vbi agitur de pentecoste iudeoꝝ. Tota autem ista differentia status apostoloꝝ fuit: quia christus licet dederit legem sanctissimam¹ tamen ante moꝛtem suam non dabat gratiam cuz ea. Jdeo etiam apostoli qui tanto tempoꝛe cum eo manserunt erant viri imperfecti post moꝛtem autem suaz fuit data gratia copiosissima ⁊ datur omni credēti ⁊ volenti

A p⁹ rō

2⁹ rō

B Rñsio ad q̄st⁹

C Rñdet instātie

D

E

z volenti viuere fm hanc legē. Ideo qui debebant recipere istā legē xpi ante mortē eius oportebat q̄ eēnt dispositi per vsum legū: cū gra nō adiuuaret eos ad subeundū istā difficultatē alleuiando eā. Post mortē aūt xpi dat gra copiosa volenti credere: q̄ ēt i dispositissimū hoiez sufficit disponere ad istā perfectā legē obseruandā. Luz igit apli z plurimi iudeorū quotquot xpo predicāte puersi sunt debebāt cōuerti añ mortē ipsius nēce erat q̄ eēnt isti dispositi per legē moysi: z postea p precepta Joānis. gentiles aūt oēs puerti incepunt post mortē xpi aduentūq̄ spūs sci qñ dabat gra copiosa. Nā descēdebat spūs sanct⁹ super baptizatos: z aliqñ anteq̄z baptizarent descendebat sup eos: z ipsi ostēdebant aliq̄ signa mirabilia añq̄z essent baptizati. Pro talib⁹ g̃ non erat nēcia aliqua dispō per legē precedentē: q: spūs sanctus supueniens in eos perficiebat eos z disponebat subito non solū ad obseruandū legē xpi que erat pfecta: sz ēt ad moriendum pro ipso imediate si oportēt. Patet ß qñ btūs Pet. predicauit qbusdā gētilib⁹ baptizato cornelio. Nā petro loq̄nte de Jesu cecidit spūs sanctus sup oēs gentes q audiebant vbū. Qō videns btūs Pet. dixit. Nūqd aquā quis phibere pōt vt non baptizent isti qui accepunt spūm sanctū sicut z nos. Quasi dicat. Spūs sanct⁹ voluit se ifundē in istos nulla dispōne precedente: sic se infudit in nos p̄cedentib⁹ multis dispositionibus. Jō non poterim⁹ nec possumus eis phibē aquā ad baptismū: cū id qō plus erat spūs scūs iā fecisset in eis. Et sic nō indigebant isti aliq̄ dispōne ad legē xpi: sed ēt de pessima puersatiōe idolalrie z abhominabiliū vitioz subito disponebant ad statū pfectissimū spū scō veniente in eos ad hñdam gratz: iō non debuit dari gētilib⁹ aliq̄ lex p quam dispōerēt ad legē xpi. indeis āt q crediturī erāt añ mōtē xpi ōbuit dari lex p quā dispōerēt: z postea p̄cepta Joā. pfectiora. q̄z legi: z adhuc oia ista nō sufficiebāt ad disponēdū eos. ¶ Cur xpo añ mortē suā nō dabat gratz suscipiētibus legez suam.

Questio. XII.

Querit aūt cur xpo añ mortē suā cū p̄dicaret legē suā scām z pfectā non dabat gratz suscipiētibus eā ita vt non egerēt dispositiuo aliq̄: sic fuit de gentilibus q post xpi mortē illam susceperūt. ¶ Dōm q ß iusticia exigebat: q: abundātie gratz sunt q̄si q̄dā dona nobis collata, a deo nobis recōciliato: sic illi q pus exītes amici: z deiñ inimici fci rursus pfecte recōcilienī oñdūt mutuo dilectōis opa magis q̄z pus z abundantissime: ita deus q erat auersus a nobis p pctm nūq̄z fuit recōciliatus nobis q̄uq̄z fuit plenissime. imo. s. plenitudinē maiestati sue satisfcm p sanguinē būdicti sui filij: z tūc q̄si. s. modū nos amans incepit diffundē imēsa dona gratz suaz. Ista aūt recōciliatio fcā nō est nisi p mortē xpi. Jō ēt si xpo p mille ānos p̄dicasset pus z faceret sp miracula inaudita nūq̄z fuissent hoies pfecti: sz eēnt q̄si sic in lege moysi: q: per p̄dicationē xpi z miracula eius nō satisfiebat maiestati diuine de offensa sibi a nob fca: iō nondū apiebat manū largitatis sue ad effundēdū in nos abundanter gras suas. Per mortē aūt xpi satisfactuz est: iō tunc solū gre venerūt. Et ista fuit cā q̄re lz hoies iusti añ xpi mortē qñcūq̄z morerent saluarent in fide explicita vel iplicita mortis xpi: nūq̄z tñ de⁹ dignatus est quēq̄z recipe ad vitā eternā vsqueq̄ xpo mortuus ē. Sic g̃ illā maximā gratz tunc nobis facē incepit pp mortē vnigeniti sui: ita z oēs alias tūc facere icepit nec pus decuit incipe. ¶ Sz dicet aliq⁹. Cum ante xpi mortē data lege xpi icepisset baptism⁹ eius: q: Joā. 4° legit q: xpo viuēte discipuli ei⁹ baptizabant an daretur spūs scūs in baptismo. Si dicat q nō est absurduz: q: nihil differret tūc baptism⁹ xpi a baptismo Joan. q erat solū in aq̄ z tñ baptism⁹ xpi erat in spū scō. Infra in lra cū dixit Joan. ego baptizo vos in aq̄. ipse aūt baptizat vos in spū scō. Idez mar. p. z luc. 3. z Joā. p. Si aūt dicas q spūs scūs dabat per baptismū xpi: g̃ añ mortē ei⁹ dabat z sic nō erit verū q ante mortē xpi ēt nēcia dispō ad legē eius obtuandā pp ōfectū gre z post mortē eius q nō esset nēcia, aliq̄ dispō p̄cedens. ¶ Dōm q p baptismū xpi añ mortē eius dabat spūs sanct⁹ i. dabat gra remissiōis pctoz q̄ fit p spūm scūm. baptism⁹ aūt Joā. nō tollebat pcta: iō dicebat solū esse in aq̄: z ita diferebat ab illo baptismo xpi: z tñ in baptismo xpi añ eius mortē nō dabat spūs scūs ad plenitudinē gratz z oñsionē signorum z ofirmationē eoz q baptizabant. Et tūc lz darēt spūs scūs ad remissionē pctoz añ mortē xpi i baptismo: nō sequebatur aliq̄ pfectio nec dispositio hois ad pfectionē: q: ß idē erat in lege moysi p circūcisionē p quam tollebant pcta plenissime: z tñ lex moysi nō faciebat pfectionē aliquā: q: nemi nem ad pfectū lex induxit. Ad hebre. 7. imo nec disponebat sufficiēter ad pfectionē: cū vltra illā regrerent mādata Joā. Perfectio igit nō ꝓuenit hoi p hoc q spūs scūs dat hoi ad remissionē pctoz suoz: sz per ß q dat ei ad plenitudinē gratuz sicut dī ad thitū. 3. s. p lauacrū regnationis z renouationis spūs sci quē effudit in nos abūde. i. abūdanter. Ista effusio abūdans spūs sancti nō fuit per baptismū xpi ante mortem eius: sz solum post mortē ex illa die qua spūs scūs venit sup apl'os. Ideo lz Joan. dixerit q xpo baptizaret in spū scō noluit ipse intelligi q cōplerēt istud viuēte xpo: sz mortuo. Uñ xpo oñdens in celū dixit. Joānes baptizauit aqua: vos aūt baptizamini spū sancto nō post multos hos dies. Et sic inuebat xpo q discipuli sui nondū erant baptizati spū sancto. actuū p. z tñ baptizati erant baptismo xpi. Illum tñ baptismū nolebat xpo vocare baptismū in spū sancto: q: nō dabatur spūs sanctus ad copiā: sed solū datus est post mortez eius. Sic ēt intellexit btūs Petrus qñ predicauit gētilibus ꝑma vice: z spūs sanctus cecidit super eos in signis apparētibus. Dicit. n. q tunc fuit ipletū verbū christi. s. Joā. qdē baptizauit aq̄: vos aūt baptizamini spū scō. act. xj. Et ß mō baptismus xpi añ mortē eius dicebat baptismus in aqua: z nō in spū scō respectu illius plenitudinis spūs sancti q postea dabat. Et ob hoc p baptismū xpi qui dabat ante mortē eius non solū non perficiebat hō: sed ēt nō disponebat pfecte ad tollerandā aliquā legē perfectā. Per baptismū aūt qui dat⁹ est post mortē xpi dabatur spūs sanctus ad plenitudinem. Nā non solū remittebant pcta q nō fiebat in baptismo Jo. sed ēt oferebant hoi multe gre interius: z disponebat per illas sufficienter nō solū ad tollendā istaz legē perfectā sine difficultate: sed ēt ad sponte moriendū p̄o xpo z subeūdum quecūq̄z pericula. Etiā dabat gra spūs sancti baptizatis in quadā manifestatione exteriori: q: baptizati incipiebant loqui varijs linguis: sicut apli qñ datus est eis spūs sanctus act. 2. vel aliqō signū manifeste appebat sup eos: per qō constabat euidēter q spūs scūs descēdebat sup illos. Sic pz de illis gētilibus qbus Pet. p̄ p̄dicauit z baptizauit eos act. x. s. adhuc Petro loquēte vba hec. cecidit spūs scūs sup oēs q audiebāt verbū. Et obstupuerūt fideles ex circūcisiōe q venerant cū Petro: q: z in natiōes spūs sci gra effusa est. Audiebāt. n. illos loquētes linguis z magnificātes deū. Et descendebat spūs scūs tā manifeste. s. oñdens signa tā euidentia. q nō solū fideles: sz etiā infideles z pessimi viri videbāt q spūs sanctus descenderet sup baptizatos. Patet ß de Simone mago q erat nigromāticus z pessimus: z tñ dī de eo act. 8. q cū vidisset Simon magus q p ipositionez manus apl'oz darē spūs sanctus obtulit eis pecuniā dicēs. Date mihi hanc ptātem vt cuicūq̄z iposuero manus accipiat spūz scūm. Isti igit q sic puertebant ad xpm nō indigebāt aliqua lege p̄cedente dispōnte eos suscipi eandē legē xpi: q: in ipa susceptione dabat pfectio quedā fm quā posset hō sine difficultate tollerare illam legē. ¶ Sed obūciet q cū nos nunc baptizati non suscipiamus spūm sanctū in illa plenitudine: q: non logmur varijs linguis nec apparēt alia signa manifesta in nobis: q nō simus sufficiēter dispositi ad legez xpi. ¶ Dōm q in baptismo dat nobis plena remissio pctoz sic tunc siue quātū ad originale siue quātuz ad actualia peccata. Dant ēt multe gre. s. infundūt virtutes theologice: z morales. De theologicis pz: q: si non infunderetur fides maneret puer baptizatus adhuc infidelis. Et si morerē: nō posset saluari: quia nemo sine fide saluatur. De charitate eadez ratio est: q: quicūq̄z moriē sine charitate perit eternaliter. Baptizati autē illico morientes nō pereūt: ergo in charitate decedūt. Et sic: neēe est in baptismo istas tres theologicas virtutes dari. De moralibus idez est: licet ꝑbare de hijs nō est ad pns: signum aūt exterius. s. loqui linguis: vel spūm scūm descendere in spē colūbe aut ignis: nūc non appet: sz solū in ecclesia primitiua: z tñ pp hoc nihil minus hñt baptizati. nūc de gratijs disponētibus eos ad perfectionē q̄z tūc baptizati. Nam illud signū exterius nullā pfectionē ꝓferebat: sz solū erat signū pfectiōis tūc collate. Q: log linguis nō est aliqd p qō hō deo placeat vel mereat. Et ita de ceteris signis exterioribus: sz solū pficiebāt ad manifestationez soūs sancti.

Et hoc

Et ꝫ fuit valde vtile ⁊ ꝙsi necium in eccl'ia ꝑmitiua ad itro ducendā fidē. Quia cū id qđ credere iubebamur, eēt difficile. ſ. credere hoiem occiſum a iudeis eſſe deū verū: ⁊ illuz remiſſe nos: ⁊ per baptiſmū q erat imerſio in aquā pctā tollerent: oportebat ꝙ ad ꝫ ꝙ iſta veriſil'ia redderētur eis qui nūq̄ talia audierant ꝙ oñderent ſigna magna. Jō fiebat ſignum valde ꝙueniēs. ſ. ꝙ qui baptizabat illico loquebat va rijs linguis vel alia ſigna q̄cūq̄ manifeſtātia opationez dei in ipſo apparebant: ⁊ ita infideles deducebāt ad fidē. Jſtud fuit ꝙueniens in eccl'ia ꝑmitiua qñ fides nondū erat introducta. Nūc aūt cū per totū orbē fides dilatata ſit nō opz fieri iſtam manifeſtationē in baptiſmo. Et aliqs diceret ꝙ magis venerareť baptiſmus. ⁊ pl'es ꝙuerterent: ſi tales manifeſtationes nō fierent. ¶ Dōm ꝙ euidētius apperet virt⁹ baptizati: ⁊ tm̄ q̄to eſſet magis de manifeſtatiōe vtutis baptiſmi tāto eēt minus de merito fidei in ſuſcipiēti⁹: iō cū aliū de hēamus iam pl'imas cās ad credendū non opz miracula quottidie fieri vt locus merendi relinquať. Secus aūt erat in eccl'ia ꝑmitiua: q⁹ ibi nēcia erāt miracula. Nā ſi nō fierēt valde multa: tunc nemo credidiſſet: imo ſtultus fuiſſet q vo luiſſet credere reſ tā duraſ. ⁊. ſ. oēm eſtimationē: nō habito aliquo argu. ꝓbatiuo. Et ſic nō diminueret meritū eoruz q tunc fuerūt ex eo ꝙ nō crediderūt: niſi ꝓius miracula viderent: ſed ſolū increpabanť illi q cū ſemel vidiſſent miracula ⁊ credidiſſent petebāt pl'a miracula ad credendū qcqd poſtea ſibi diceret. Sicut fuit de Thoma q xp̄m facientē multa miracula viderat ⁊ audierat ipſe cū alijs apl'is xp̄m dicētem ꝙ moreret. ⁊ tertia die reſurgeret. j. 16. ⁊ mar. 8. ⁊ tm̄ noluit credere xp̄z reſurrexiſſe: ⁊ dixit ꝙ nō crederet q̄ſq̄ mitteret manū ſuā in latus xp̄i: ⁊ digitū ſuū i loca clauoꝝ. Joā. 20. vñ xp̄s increpuit eū de hac incredulitate. e. c. Erat igr miraculū iam in eccl'ia ꝑmitiua ad hoc ꝙ hoies crederēt: ⁊ nō iputabať eis ad incredulitatē miraculū petere. Et tm̄ poſtq̄ ſemel vidiſſent aliq̄ miracula: ſi ad credenduz oia alia q̄ eis dicebanť peterent pl'a miracula erat ifidelitas. In nobis āt nullū miraculū petēdū eſt ad credendū: ⁊ q peteret icredulus diceret: eo ꝙ nos hēmus iā cās manifeſtiſſimas ad credendū ēt nullo miraculo appente. Et deducit ſic Aug. ſ. Cō ſtat. n. per hiſtoriaſ oiuz gentiū ſiue gentiliū ſiue iudeoꝝ añ xp̄i mortē xp̄ianū nullū fuiſſe. ⁊ iſtā legē nō fuiſſe in ſeculo. Appet ēt manifeſte eē difficilē: q⁹ ꝓhibet hoi ea que hō nāliť deſiderat. Cōſtat tm̄ maiorē ptē ſeculi ⁊ melioꝝ huic legi ⁊ fidei colla ſubieciſſe. Tūc ḡ aut aliq̄ miracula appuerunt q̄re totus mūdus ꝫ ſequeret qđ ꝑus abhominabať. aut nulla appuernnt. Si aliq̄ miracula appuerunt ꝓſtat legē a deo eſſe: ⁊ illicitū eēt petere pl'a miracula: cū vnū miraculum ita ꝓbet ſic decē millia: q⁹ nō reqrunt maiorē ptātē decē millia miracula ſil' q̄ſ vnū ſoluz. ¶ Si aūt dicas ꝙ nullū miraculū apparuit ad ꝓbōnē huius legis: ⁊ tm̄ mūdus credidit tunc dicā ꝙ nullū miraculū maius eē potuit nec opatio dei magis manifeſta q̄ſ ꝙ tot⁹ mūdus nullo viſo miraculo rem tā difficilē credē voluerit: ⁊ legi tā aſpe ſe ſubǰecerit. Et nō ſolū hoc ſemel fm̄ fuerit: ſz iā ſunt mille ⁊ pl'es q̄ſ q̄drigenti anni: ⁊ res iſta durat: ⁊ ſp augeť. Nō ḡ pōt eſſe maior manifeſtatio diuine opationis: q̄ſ ꝙ deus velit iſtā legē ab hoib⁹ teneri. Eſt ḡ valō irrōnabilis q viſis hȳs fūdamētis adhuc ad credendū miraculū petit. Huic. n. nō eēt aliqđ meritū credendi: cū iā magꝭ videreť q̄dā necitas ꝓbōnis: q̄ſ vtuſ fidei Nec eſt argu. vllū de multitudine gentiliū: q tm̄ errabāt. Nā iſti nō ꝓcordabant inter ſe. Nā qdā collebant vnū deū: qdā aliū: ⁊ qdā vnū: alij multos. ⁊ qdā nullū: ſz potiuſ aſſerebāt nō eſſe deū nec deos ſicut dicebāt epicurei: vt ait Tulius ꝑ lib. de nā deoꝝ. ¶ Nec eſt argu. de ſecta detēſtabili machometiſtaꝝ: q⁹ illa ꝓcedit hoi oēs voluptates. Et nō eſt ꝓprie lex: ſz corruptela q̄dā legis ⁊ nāe: q̄ nō ſolū eſt ꝑ legē dei: ſz ēt ꝑ rectā ⁊ cōez ꝓbiaz moralez. Jō ꝓp illas delectatiōes tē porales qbus ꝑmittūť hoies frui: pl'imi in illā ſectā declinauerūt. Secus aūt de lege xp̄i q̄ nō ſolū vetat hoi ōlectationes: ſz ēt deſideria ipſaꝝ delectationū ⁊ oēs appetit⁹ frenat ſub iugo rōis. Nemo ḡ ad hāc declinaret niſi credēt verū eē qđ illa aſſerit: ⁊ certū eſſe qđ ꝑmittit. Hoc aūt nō erat viſi'le vllatenus hoies credidiſſe: niſi aliq̄ manifeſta ſigna vidiſſēt Jō nobis ſufficit ꝙ illi miracula viderint. ad hoc qđ noſ credamus: q⁹ al's totus orbis in hāc fidē ⁊ legē nō declinaſſet: maxime aūt q⁹ nulla gens eſt que nō ꝓcedat xp̄m feciſſe miracula ⁊ apl'os. De ſarracenis ſatis appet in ſuo alchorano. Judei quoq̄ hoſtes xp̄i idē confitenť. Dicunt tm̄ quidaz eorum ꝙ faciebat miracula in ptāte demonū ſicut ꝓies eoruz xp̄o viuente dixerunt in belzebub ꝑncipe demoniorꝝ demonia ejcit iſte. j. 12. ⁊ Mar. 3. ⁊ Luc. xj. Alij aūt dicūt queda ridicula. ſ. xp̄m alligaſſe cruri ſuo nemē donū thetragramaton qđ de tēplo furatus fuerat: ⁊ in vtute illius feciſſe miracula. Sunt tm̄ iſta tam ridicula ⁊ irrōnabilia ꝙ ad illa rñderi non opz. Dicet tamē de hȳs in quodā libello nr̄o ꝑ iudeos. Apparet aūt ex dictis ꝙ nemo nūc petere dz miraculuz ad credendū cum cōſtet nobis rōnabiliter facta fuiſſe miracula vel loco miraculoꝝ hēamus rōnem incōuincibilē. Secus aūt erat in eccl'ia primitiua qñ fides incipiebat. Nā tūc nulla ratio mouebat ad credēdū niſi miracula fierent. Jdeo fiebant multa maxime aūt circa baptiſmū: tum q⁹ baptiſm⁹ erat ꝑncipium fidei: q⁹ in illo incipiunt credentes: tuz quia ipſe baptiſmus hēbat ſpūalem rationez difficultatis. ſ. ꝙ homo crederet ꝙ per imerſionez in aquam tollerent peccata: ideo fiebant in eo aliq̄ manifeſtatiōes ſpūs ſancti: vt euidenter apperet ꝙ p baptiſmū vere tollebanť peccata. Jſtud autē non fiebat quādocūq̄ dabatur baptiſmus in eccleſia primitiua: ſed fiebat ꝑcipue qñ dabať per apl'os. Sic p3 act. 8. de illis qui in ſamaria audito vbo ō fide xp̄i baptizati erāt ⁊ tamē non apparuerat ſpūs ſanctus ſuper aliquē eorum. Jdeo apl'i iuerunt ad imponendū eis manus vt reciperent ſpiritū ſanctū. i. vt appareret ſpūs ſanct⁹ ſuper eos in ſigno viſibili cuz dī. Audierunt apl'i qui erant hieroſolymis ꝙ recepiſſet ſamaria verbū dei: ⁊ miſerunt ad eos Petrū ⁊ Jo. Qui cū veniſſent orauerunt ꝓ ipſis vt acciperēt ſpūz ſanctū. Nondū. n. in quēq̄ illoꝝ venerat: ſz baptizati tm̄ erant in noīe domini Jeſu. Tunc ꝑponebāt manus ſup illos: ⁊ accipiebant ſpūm ſanctū. ſ. in ſigno viſibili. Et p3 q⁹ imediate ſequiť ibi in lra. Qđ cum vidiſſet Simon magus ꝙ per impoſitionez manus apl'orum dareť ſpūs ſanctus obtulit eis pecuniā ⁊c. ¶ Cauſa aūt quare ad ipoſitionē manus ipoꝝ vel baptiſmū ipſoꝝ dabať ſpūs ſanctus ⁊ nō ad baptiſmuz alioꝝ erat ad oñendū dīam dignitatis ipſoꝝ a ceteris: q⁹ ipſi erant ꝑncipes eccl'ie: quos xp̄s ſpāliter elegerat. j. io. ⁊ Luc. 6. ⁊ dedit eis ꝑmum gradum in eccl'ia. ꝑ. cozin. 12. ⁊ ad ephe. 4. Jō ꝫ multi alij facerent miracula ſuſcitādo mortuos ⁊ in varijs curationibus morboꝝ: vt p3 Luc. io. vbi iſtaz ptātē xp̄s tradidit ſeptuagintaduob⁹ diſcipulis q erāt diſtincti ab apl'is. e. c. dare tm̄ ſpūz ſcūm p ipoſitionē manuū ſolis apl'is ꝓceſſit: ad oñendā in eis quādā excellētiā ſup ceteros. Jſtud aūt nō erat ad honorē ipſoꝝ: ꝫ ad vtilitatē eccl'ie. ſ. vt cū oēs de eccl'ia viderēt illos a deo ſpāl'r honorari ⁊ ceteris ꝑferre voluiſſe: ipſi q̄s eis ſponte colla ſubderent ⁊ obedirēt ꝑceptis eoꝝ: ⁊ crederēt qcqd illi ꝑdicarēt. Al's aūt oib⁹ eq̄libus exñtibus magna turbatio ſeq̄reť. ¶ Appet ex ꝑdictis ꝙ manifeſtatio ſpūs ſci ſuper baptizatos in eccl'ia ꝑmitiua non erat aliqđ pficiēs ipſos: ꝫ ſignū gr̄aꝝ collataꝝ ꝑ ſpūm ſcūz ipſis baptizatis. Nūc aūt baptizatis nō fit aliq̄ manifeſtatio ſpūs ſci: q⁹ nō eſt nēcia: vt p3 ex dictis. Ipſe tm̄ gr̄e interiores cōit danť nob ſic illis. Dico aūt cōit: q⁹ forte aliqb⁹ eorū dabať maior in bap^mo gr̄a quā nūc nob. Nā ēt nobis nō datur nūc eq̄l'r gr̄a in bap^mo max^e in adultis baptizatis: q⁹ q magis ſe diſponit maiorē gr̄am recipit: ꝫ ex virtute ſacramēti equalis gr̄a oibus conferať. ¶ In puulis quoq̄ baptizatis ēt pōt dici ꝙ quibuſdā maior gr̄a q̄ſ alijs conferať: non quidem ex virtute ſacr̄i que ad oēs nō ponētes obicē equalis eſt: nec ex diſpoſitione ipſoruz: q⁹ vbi non eſt vſus liberi arbitrij non eſt diſpoſitio: ſed ex pura dei liberalitate: qui ſicut ab eterno elegit quos voluit ad inequalez gratiam: ita gratis donauit illis inequalez gratiam: ita vt quoſdaz ꝓius ſanctos faceret q̄ſ natos ſicut fuit de beato Joanne de quo dixit ā̄gelus ꝙ ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue. Luc. primo. ſic etiam fuit de Jeremia cui deus dixit. Priuſq̄ te formarem in vtero noui te: ⁊ antequā exires de vulua ſanctificaui te. Jeremi. ꝑmo. Regulariter equalis gratia datur nunc in baptiſmo ⁊ in eccleſia primitiua quantū ad gratiam interiorez: ⁊ vtrobiq̄ maior q̄ſ in baptiſmo chriſti ante mortem eius. Nam ille hominem baptizatuz: ⁊ illico morientem non faciebat euolare ad vitam eternā: ſed manebat in ſinu abrahe vſq̄ ad chriſti mortez. vt declaꝛauimus in libro nr̄o de quinq̄ figuratis ꝓphetis pte. 5. Sicut ergo diſponebanť

Jnſtať

D Rñdet

E Q̄ miracula erāt neceſſaria in eccl'ia ꝑmitiua ⁊ modo nō ſunt nēcia

fidei nō obſtat ꝙ multi fuerť gētiles: qa varie errabant

Nō obſtat etiā machōeti ſecta: q⁹ eſt ꝫ nām

F Oēs ſecte ꝓfitenť xp̄z ⁊ apl'os feciſſe mirac.

G Apl'is baptizātib⁹ ⁊ nō aliꝭ viſibiliť dabatur ſpūs ad eoꝝ dignitatē oñendam

H Gra nō datur eq̄liter oib⁹ in baptiſmo: ſed maior ⁊ minor

J

diſponebanť

disponebanꝫ sufficienter hoies in eccl'ia ꝓmitiua ꝑ gr̃az collatam in baptismo ad obseruandū legē xp̃i: ita z nunc sufficienter disponunꝫ cū vtrobiqꝫ equalis gr̃a ꝓferaꝫ. ¶ Si aūt dicaꝫ ꝙ ista gr̃a collata in baptismo adhuc videmus hoies infirmos ad obseruandū legē xp̃i. ¶ Dōm ꝙ hoc fit q: gr̃a naturā ꝓficit z non cogit. Ideo habētes gr̃am ꝓ̃nt nō opari per illā: z tunc peccāt. Si tñ vellint niti per illā sufficienter se hñt ad obseruandū legē xp̃i: ēt si sit difficilis: maxime qa non solū hz hō in baptismo gr̃am per quā ꝓficiaꝫ vel ꝓfor:teꝫ ad obseruandū legē. sed ēt in vsu oiuz sanctoꝝ: q: oia sacr̃a legis noue gr̃am conferunt: z ꝑ quottidianā exercitationē in eis gr̃a que nobis data est in baptismo augeꝫ: z aucta ꝓficitur: ita vt tunc hō fit sufficiēs non solū legē xp̃i obseruare sed ēt ꝓ illo mori. Et istud est qō dicit Augu. de charitate ꝙ nutriꝫ z postea roboraꝫ: deiñ perficiꝫ vel cōsumaꝫ. Et cū fuerit ꝓsumata dicit. Lupio dissolui z esse cū xp̃o. Et etiam ponit aiam suā ꝓ̃ fribus. De hoc Aug. sup epl'am Joānis: z magr̃. z. sen. di. 29. ¶ Istud aūt ꝓ̃prie est in quo status noui testi excedit statū veteris testi: q: in nouo testō sunt sacr̃a per quoꝝ vsum ex nā ipsoꝝ sacr̃oꝝ magne gr̃e danꝫ z data augēt. Et hoc mō per assiduū vsuz sacr̃oꝝ si homo vellet animū suuz illis applicare cito efficereꝫ perfectus. In veteri aūt testō nullū sacr̃m erat nec cerimonia que esset ꝓ̃pe ipsius legis moisi per quā gr̃a aliqua conferet: iō nemo per illā legē poterat venire ad ꝑfectionē: sicut apl's dixit neminem ad ꝑfectionē deduxit lex. ad hebr. 7. Alia multa sunt ꝑ que maior gr̃a datur nunc qz in veteri testamēto: ex eo ꝙ iaz xp̃s mortuus est: de quibus non est nunc dicendum.

Jnstatur

Respōdet

R Gratia dei

L Dīa veteri z nouitesti

¶ An ꝓcepta que dabat Joānes essent de veteri testamēto vel de nouo. Questio. XIII.

Queriꝫ cū nūc Joā. daturus esset q̄dā p̄cepta: an illa essent de nouo testō vel de veteri vel de quo esse debebant. ¶ Quidā dicūt ꝙ debebant esse ptinētia ad vetuꝫ testm̃: eo ꝙ Joannes manebat adhuc in statu veteris testi: z obligabaꝫ seruare totā legē moysi. ¶ Alij dicunt ꝙ debebant eē ꝓcepta noui testi: q: Joā. non mitteꝫ batur ꝓ aliquid qō esset in veteri testō: sed ꝓ xp̃m qui daturus erat nouū testm̃. ¶ Dōm ꝙ ꝓ̃prie loquēdo ꝓcepta Joānis nō poterāt esse noui nec veteris testi. Patet ō nouo q: non poterāt dari p̄cepta noui testi nisi ꝑ ꝓditoꝝz noui testi. Iste aūt fuit solus xp̃s: iō Joā. non poterat dare p̄cepta noui testi: maxᵉ cū xp̃s nōdū incepisset p̄dicare nec dare legem de veteri testō: p̄z q: illius legislatoꝝ fuerat vere deꝰ: tñ ipse qui legē ꝓp̄'o notificauit fuit solus Moyses. Jō vocaꝫ illa lex moysi. Nā z ipse deus vocat illā legē moysi. Malachie vlti. s. Memētote legis moysi ꝑui mei. Joan. g̃ nec qsq̄z alius nō poterat dici dare aliq̄ p̄cepta legis: q: solū lex noiatur a moyse. Licet tñ nō eēnt p̄cepta Joā. alicuius legis: poterant applicari vel assimilaari vni legi magis q̄z alteri. Et tūc dōz ꝙ p̄cepta Jo. ēt si possent eē de nouo vel veteri testō de neutro eē debebāt: sz assil'ari debebāt magis p̄ceptis noui testi q̄z veteris. ¶ Primū ꝓz q: Joā. veniebat vt dispositurus pp̄'m ad suscipiendā legē xp̃i. s. parare dño plebē perfectā. Luc. ꝑ. Lex aūt moysi data fuerat vt vnus gradus dispositionis ad legē xp̃i. Si aūt p̄cepta Joā. eēnt de veteri testamēto nō adderent aliquē g̃dū vlterioris dispōnis supra legē moysi: z tūc supflua eēnt p̄cepta Joā. qō fz est. g̃ nō debuerunt eē de lege moysi. Nō debuerūt ēt eē de lege xp̃i: q: finis z ea q̄ sunt ad finē z motus z terminus nūq̄z coincidunt. p̄cepta tñ Joā. erant disposita ad legē xp̃i suscipiēdaz: g̃ nō debebāt eē de lege xp̃i: q: sic coincidēt motus cū termino. ¶ 2ᵐ ꝓz q: p̄cepta Joā. nō debebanꝫ pp̄ legē moysi: sz pp̄ legē xp̃i. iō debebat magis accedē ad illā. Erat tñ p̄cepta Joannis media iter legē moysi z xp̃i: sic q̄rius inter q̄terna riū: z senariū: iō cū vtraq̄z lege ꝓcordabāt: ita ꝙ aliq̄ mō excederēt legē moysi. z aliq̄ mō eēnt minora q̄tū ad ꝑfectiōez p̄ceptis legis xp̃i. ¶ Ad ꝑm arg. dōm ꝙ sz Joan. fuit sub lege moysi nō opz ꝙ p̄cepta ab eo data ptinerēt ad legē moysi sz poterat dare ꝑfectiora: sic nūc sci qui instituerūt regulas monachoꝝ z fruz fuerūt sub lege xp̃i: z tñ p̄cepta illa ab illis tradita nō sunt p̄cepta legis xp̃i: sz ptinētia vlterioꝝz ꝑfectionē. Ita de Joā. poterat eē. Ꝓ quo sciciēdū ꝙ Joā. poterat dupl'r ꝓsiderari. Uno mō inquātū erat hō inde⁹ natus tpe quo lex moysi obligabat. Alio⁹ inquātū erat p̄dicator: qui dā a deo missus. ¶ Propter ꝑm tenebaꝫ obseruare totaz legem moysi pp̄ scoz tenebaꝫ p̄dicare aliq̄d qō esset maius lege moysi: q: ad hoc mittebat: vt dcm̃ est. ¶ Ad scōm dōm ꝙ ista rō nō ꝓcludit: imo potius oppositum formal'r. Nā si p̄cepta Joānis erant pp̄ nouū testm̃: sequiꝫ ꝙ nō debebāt eē de nouo testō: q: al's coincidereꝫ finis: z id qō est ad finē: sz ista rō ꝓbat ꝙ p̄cepta Joānis debebant magis assimilare p̄ceptis noui testamenti q̄z veteris.

E Rñ⁹. ad 2ᵃᵐ opi. i oppo.

¶ Ad quid deus misit Joānem. vt chr̃isti testimonium phiberet. Questio. XIIII.

Queritur vlterius ad qd deus misit Joā. vt. phiberet testimoniū de xp̃o: cuz xp̃s nollet accipere testimoniū eius. ¶ Naz xp̃s loquēs ꝺ iudeos dixit. Uos iuistis ad Joānē: z ille testimoniū phibuit vitati. Ego tñ testimoniū ab hoie nō accipio. Jo. 5. ¶ Dōm ꝙ xp̃s non recusauit testimoniū Joānis cū ipse vtatur eo ꝺ iudeos dicēs. Uos iuistis ad Joānē: z ille testimonium phibuit veritati. ¶ Jtē q: euāgeliste inducūt testimoniū Joānis ad ꝓbāduz xp̃m esse messiā. Nā Joānes euangelista postq̄z in ꝓn⁹ euangelio ꝓbauit vel decl'auit Jesuz esse verbū dei z verū deum manentē ab eterno apud p̄rem. ad oñendū ipz esse messiā inducit testimonium Joā. baptiste dicēs. Joā. testioniū phibet de ipso: z clamat dicēs. Hic erat quē dixi q post me vēturus est z c̄. Jo. ꝑ. Et iterū dī ibi. Et hz est testioniū Joā. qñ miserunt iudei ad eū. Ceteri q̄z euāgeliste inducūt testioniū Jo. g̃ illud erat vtile z acceptū xp̃o: maxie q: Joā. erat testis valde idoneus cū a iudeis reputareꝫ vir magne aucitatis z scitatis cui ipsi crederēt in oib⁹: cū ēt de eo putarēt ꝙ eēt messias: iō q̄sierūt ab eo an eēt xp̃s. i. messias. Jo. ꝓ. Cū aūt dī ꝙ xp̃s dixit. ego testioniū ab hoie ñ accipio: nō respuit p hz testimoniū Jo. sz itelligiē. vno mō. s. ego nō recipio testioniuz ab hoie. i. nō recipio istud tāq̄z maximū testioniū ab hoie z firmissimū qō de me dari possit. Nā testioniū Jo. hz eēt magnū apōhebr̃eos: q: magnā aucitatē illi ꝓstabāt: poterāt tñ ifirmari: q: si aliqs negare vellet illō nō bēbat vñ cogereꝫ. ¶ Naz Joā. nō oñdebat aliqō miraculū ad ꝓbōnē illi⁹ rei quā dicebat. sic dī Joā. io. 5. Joānes qdē signū nullū feꝫ. xp̃s aūt habebat firmioꝝ ē ꝓbōnē ꝙ ipse eēt messias: q: faciebat miracula inaudita q̄ nemo nūq̄z fecerat nec facē potuisset. Et istud testimoniū nō poterat negari: q: miraculū non poterat fieri nisi a deo: deus aūt non pōt mētiri: z tñ mētireꝫ si cū aliquo ꝓcurreret apr̃obādo mēdacia illius ꝑ miraculū z faciendo miracula ad illius inuocationē. Jesus tñ dicēs se eē messiaz z filiū dei oñdebat multa miracula: q̄ firmissime ꝓbabāt verū esse qō ille dicebat. z nō poterat hz negari: cōstito de miraculo: q: assererem⁹ deū mētiri. Et ista est maxia culpa quam xp̃s ponebat iudeis. s. q: viderūt eū facē miracula q̄lia nūq̄z fcā sz: z tñ nō credebāt. sic dī. Jo. 15. s. Si nō venissez z opera nō fecissez q̄ nēo alius feꝫ: pctm̃ nō hērent. Nūc aūt viderūt: z oderūt me: z ꝑ meū. Jpsi q̄z iudei ꝓsiebāꝫ qᵖ nūq̄z viderāt talia fieri sic qñ xp̃s dixit. Tolle g̃batū tuū z vade in domū tuā. Nā dixerūt nūq̄z talia vidim⁹ mar. 2. Et ob hz xp̃s vocabat testioniū Joā. testioniū. ob hz q: hz a deo eēt Joā. cū repletus spū scō eēt ab vtero. z deꝰ dirigeret eū in oib⁹: qm̃ m'serat eū ad phibēdū istud testioniū: q: tñ exteriuz nō ostēdebat aliqō miraculū ꝑ qō apperet testioniū suū. e. a deo dicebaꝫ testioniū ab hoie: q: poterat teneri tanq̄z testioniū ab hoie: testioniū aūt qō xp̃s hēbat dicebaꝫ eē a ꝓ̃e suo cū ait. Opa. n. q̄ dedit mihi p̄ vt ꝓficiā ea ipsa: opa q̄ ego facio phibēt testimōiuz de me: q: p̄ me misit. Et q misit me p̄ ipse testimōiū phibuit de me. Et sic xp̃s nō respuit testimōiū Joā. hz dixit ego testimōiū ab hoie nō accipio. i. testimōiū datū a Jo. de me nō accipio tāq̄z maximū testioniū qō de me dari possit Et pz q: ipe dixit ibi. Ego aūt hēo testimōiū maiꝰ Joā. i. testioniū ꝑ q̄ ego ꝓbo me eē messiā maiꝰ ē q̄z testimōiuz qō Joā. phibet de me. i. firmiꝰ. ¶ Alio mō pōt intelligi ego nō accipio testimōiū ab hoie. i. non accipio illo mō q̄ vos vultis vel putatis. Nā iudei volebāt credē iesuz eē messiā nisi Joan. hz assereret: z ꝙ ex verbo illius penderet totum qō tenendum esset De Jesu. Jlle autez dixit ꝙ non consenciebat: quia nō erat verum ꝙ totuz testimoniuz eius penderet a ioāne. ideo dixit. Ego non accipio testimoniuz ab homine. idest nolo ab eo accipere totum testimonium: ita ꝙ vos aliquid debeatis credere de me solū: q: ioānes sic dixit. Istud nāq̄z eēt subtrahere aucitatem diuinā humane: qō est valde icōueniēs. Nā xp̃s opabaꝫ valde mlta miracula q̄z faciēdoꝝ ptās pendebat a

tota

Rñsio ad q̄ situ qōnis.

Opio aliq̄rum z ꝓma

Opio aliorū z scōa

A Rñsio ad q̄ situ qōnis.

B

L

D Rñsio ad ꝑm opio. in oppositum

dta deitate: t ꝓcedebatur ei a deitate vt per hāc oñderet se esse messiā t missum a deo. Joan. 5. Opera enim que dedit mihi pr vt perficiā ea ipsa opa que ego facio testioniū perhibēt de me ꝙ pr me misit. i. ꝙ ego iquātū hō sum missus a tanta deitate q̄ est maior xp̄o inquātum hō. Per hoc ēt xp̄s valde ꝑiudicaret ꝓbonibus suis. Sic q̄ aliqs in iudicio hz mlta ꝓbones: t aliq̄ eaꝝ q̄ est ifirmior recipiat a iudice tāq̄ magna t efficatior oiuz: si p hoc ipse hñs istas ꝓbones renūciaret oibus alijs q̄ erant ℓm vitatē firmiores astringens se ad istā quā iudex firmiorē putabat ꝑiudicaret sibi: q: postea forte illa nō faceret plenā fidē: t caderet iste a cā q renūciauerat efficatiorib⁹ ꝓbonibus: ita fuit de xp̄o q hūit mltas probatiões ad oñendū se eē messiā. s. ex testionio legis t testimonio miraculoꝝ: t ex dcō Joā. Judei aūt putabāt efficatiorē ꝓbonē ꝑ Jesu eē testioniū ioānis t nō erat. Ergo ipse renūciaret alijs ꝓbonib⁹. s. miraculis t testionijs legi astrigēs se solū ad testioniū ioā. si vellet aliqs negare illō qō poterat facē: q: Joā. nō oñdebat miraculū non manē aliqd ꝑ qō Jesus postea ꝓbaret se esse messiā. Jō ℔ mō dixit ꝙ nō accipiebat testioniū ab hoie q̄si illud eēt totū testioniū in q̄ fundabat. Ipse tn̄ Jesus accepit testioniū ioā. pro se: t vsus est eo ꝓ iudeos. Nā tria testionia induxit ad ꝓbādū se messiā. Jo. 5. ¶ Primū fuit testioniū ioā. qō ille approbauit dicēs. vos misistis ad Joā. t testioniū phibuit vitati. i. vex testimoniuz ꝓtulit de me. Si aūt iesus nō recipet illud testioniū qō phibuerat vitati: vt tn̄ ꝑ ℔ nō relinq̄ret iudeis occasionē errādi putātib⁹ maximū testioniū de iesu vel totū eē ꝑ dcm̄ Joā. dixit. Ego testioniū ab hoie ñ recipio exponēdo: vt. s. Postea tn̄ adhuc xp̄s magis laudat testioniū Joā. dicēs. Ego āt ab hoie testioniū nō accipio: sz ℔ dico vt salui sitis. Ego āt hēo testioniū maius ioā. Quasi dicat. Ego nō accipio testioniū ab hoie. i. nō idigeo illo: cū aliūde hēaz testioniū sufficiēs: q: ego testioniū maius hēo Joā. i. maiꝰ q̄s qō Joā. ꝓstat. Hoc dico vt vos salui sitis. i. Licet ego nō indigeaz testimonio Joannis: q: tn̄ vos libēter crediꝭ Joā. ego allego testioniū eiuꝰ pro me: vt ꝑ hoc mihi credat: t vos salui sitis credēdo i me. Approbauit ēt testioniū ioānis inquātū dixit hēo testioniū maius ioāne in q̄ inuebat istō ꝓuenies eē: t tn̄ aliud eē firmius illo. ¶ 2ᵐ testioniū xp̄i est ex opib⁹ miraculoꝝ qb⁹ magis inuit tāq̄ sufficiētissimo testinio ēt si nullū aliud existeret: t de ℔ dixit opa q̄ dedit mihi pr vt faciam testioniū phibent de me. e. c. ¶ 3ᵐ testioniū erat ex aūctitate legis t ꝓphārū. t de ℔ dixit. e. c. scrutamini scripturas. q: vos putatis in ipsis vitā eternā hēre: t ille sunt q̄ testioniū phibent de me appet ergo ꝙ Jesus accipiat testioniū a ioā. t qūo accipiat. ¶ An Joānes ꝓcesserit xp̄m tāq̄ disponēs ad illū sicut lex moysi precedebat ad legem xp̄i. Qō. XV.

Querit vlterius de Joā. cū dixerim⁹ an ipse precedit xp̄m tāq̄ disponēs ad illū sic lex moysi ꝓcedebat ad legē xp̄i. ¶ Dom ꝙ alique silitudines sūt in ℔. ¶ Pria est ꝙ lex moysi fuit bona t a dō data. Melior tn̄ valde fuit lex xp̄i: q: illa erat ipfecta. Jsta aūt ꝑfecti⁹ᵐᵃ. Sic fuit de Joā. Nā ille bonus erat t nō solū bonꝰ: sz ēt excellētior oib⁹ hoibus. j. xj. s. inter natos mlier. tē. xp̄s tn̄ melior erat in imensuz. sic dixerat ipse Joā. s. ꝙ nō erat dignus pro cubens soluē corrigiā calciamētoꝝ xp̄i mat. p. ¶ 2ª q: Joā. a deo missus ē: t eiꝰ missio ꝓnūciata fuerāt: Jesus āt missus est a deo: q: ē filius eiꝰ vus: t eiꝰ missio magi fuit ꝓnunciata q̄s missio Joā. q: oēs fere ꝓphe de xp̄o aliqd loquuti sr. sicut dī act. xj. s. huic oēs ꝓphe testioniū phibēt remissionē pctōrū accipe ꝑ ipz. Sic ēt dic Pau. act. iz. s. Qui hitāt hierusalē t ꝓncipes eiꝰ ignorātes hunc: t voces ꝓphaꝝ q̄ ꝑ oē sabbatū leguntr petierūt a pilato vt iterficerēt eū. Et sic Paulꝰ vult ꝙ oēs ꝓphe testioniū phibeāt de xp̄o. de Joā. tn̄ solus Ysaias est q testioniū phibet: t ita all'ant oēs euāgeliste. ℔ mō lex moysi a deo ē: t lex xp̄i a deo: t cū lex xp̄i ē a deo per se: q: xp̄s q erat deꝰ dedit ꝑ se ipz istā legē: q: apiens os suū docebat discipulos suos de regno dei. j. s. lex aūt moysi data qdē est a deo: sz ꝑ mediū moysi. Et alij multi modi dīe sunt legis xp̄i ad legē moysi q̄stū ad pfectionē: de qb⁹ dicet in libro nr̄o de qnq̄ legib⁹. ¶ 3ᵐ q: lex moysi data fuit nō ꝓp se sz vt eēt dispō ad legez xp̄i: q: fuit lex moysi sic pedagogus. ad gala. 3. Lex aūt xp̄i ꝓp nullā est: sz ꝑ se ipaz. Jta Joan. fuit respcū xp̄i: q: Joā. nō fuit ꝓp se ipz: sz missus ē ꝓp xp̄z: vt manifestaret deū. Jo. ꝑ. t. 3. t act. xiij. Xp̄s aūt ꝓp nullū venit: sz q: ipse erat q vltio spabat tāq̄ ablaturus pctā seculi sic dixit Joā. Ecce q tollit pctā mūdi. Jo. ꝑ. ¶ 4ᵐ q: lex moysi nō fuit data vt sp dimittat: sz solū vt maneret vsq̄ ad tps illud quo messias veniret ad gala. 3. s. Lex ꝓp trāsgressiones posita est: donec veniret semē cui ꝓmiserat. i. semē istud de q̄ fcā erat repromissio. s. messias q erat semē in quo bñdicēde erāt oēs gentes. e. c. lex aūt xp̄i data est vt sp duraret. s. vsq̄ ad finem secli. Et si mūdus duraret in isto statu in eternum lex quoq̄ ista duraret in eternū. Sic fuit de ioāne: q: ille nō fuit missus ad semp manēdū vel ad ℔ ꝙ offiū eius sp maneret sz ad offiū qō in breui tpe ꝓsumendū erat: t ꝓsumatū est sic dixit Pau. act. iz. s. Cū ipleret aūt Joānes cursuz suū. i. offiū suuz dicebat. Ecce venit post me t̄. xp̄s aūt duraturuꝰ erat in eternū nō solū aūt q̄stū ad psonā suā que sp manet: vt pz ad hebreos. iz. s. Christus est heri thodie: t ipse in secula. i. semp durās: sz ēt quātū ad legē suam que semp manebit cui alia nō succedit cū ipsa sit pfecta q̄ ad nullā ordinat. ¶ 5ᵐ q: lex moysi aliquo tpe cōcurrit cum lege xp̄i sz pauco: ita t Joā. cū xp̄o. Patet ℔ q: lex moysi ocurrit cū lege xp̄i ab illo tpe quo xp̄s cepit p̄dicare vsq̄ ad perfectaz publicationem euāgelij. Nā tunc poterat obseruari lex christi vel moysi: t vtraq̄ ꝑficiebat. Cōpleta aūt euāgelij publicatiōe sola lex xp̄i cepit currere sepulta iā lege moysi. ¶ De cessatiōe autē legaliū quo cessauerūt vel quādiu habuerūt virtutē dicetur act. 15. vel ad gala. 4. aut. 5. Jta fuit de Joāne: q: ipse precessit xp̄m ꝓdicādo ppło t baptizādo: t postea aliquāto tpe cōcurrit cū xp̄o in quo tēpore predicabāt sr Joānes t xp̄s: t simul baptizabāt. sic dī ioānis. 3. ꝙ discipuli ioānis dixerunt ei. Rabi ille qui erat tecū trās iordanē cui t tu testimoniū phibuisti ecce baptizat: t oēs veniunt ad eū. Pauco tn̄ tēpore Joānes durauit: q: postq̄s christ⁹ cepit p̄dicare quasi illico Herodes tenuit ioānem t decolauit eū: vt colligit luc. 3. t de ℔. j. 14. ¶ 6ᵐ q: eo tēpore quo lex moysi: t lex christi concurrerūt vna semp minuebat. s. lex moysi: t alia. scilz lex xp̄i totalr exaltata est: t lex moysi oino cessauit: nisi in quibusdā paucis miseris t excecatis: q tn̄ aliqñ cōuertenē: ita vt lex moysi nō maneat vsq̄ in finē seculi. sic dicit ad roma. xj. s. Nolo. n. vos ignorare fres misteriū hoc. i. secretū: vt non sitis vobis ipsis sapientes: q: cecitas ex pte cōtigit in israel: donec intraret plenitudo gētiū. t sic ois israel saluus fieret An tn̄ intelligat de oibus iudeis: ita ꝙ nullus ꝓueniat ad finē seculi declabit. e. c. ita fuit de Joāne ad xp̄m: q: quādiu ambo ocurrerūt minuebat quottidie fama Joānis t discipuli eius: t augebat fama xp̄i: t ꝓueniebāt ad eū oēs sic dixerūt discipuli ioānis ad eū. s. Ille cui phibuisti testimoniuz babptizat t oēs veniūt ad eū ioānis. 3. Joānes quoq̄ ℔ audito dixit. Illū oz crescē me aūt minui. e. c. i. neēe est ꝙ ille crescat in fama. t ego minuar in fama pp eius pñtiaz. Et dedit cām. s. qui d cursum venit sup oēs est: q aūt de terra loquit. Quasi dicat. Ego de terra suz: q: sum purus hō de terra natus: ille aūt de celo venit q: est verus t nālis filius dei: ideo ille sup oēs est: ideo nō est mirū ꝙ crescat t in ea minuatur. hoc ēt pz q: pharisei murmurabant vidētes ꝙ plēs discipuli sequerētur xp̄m q̄s Joānem. Joā. 4. Cū christus audiens istā murmurationē voluit recedere de iudea: vbi erāt ipse t Joānes: t reuersus est in galileaz vt nō concurreret cuz ioāne: t auferet locū murmurationi. eodē cap'o.

¶ An Joānes fuerit testis idoneus ad phibenduz testimoniū Jesu ꝙ esset xp̄s. Questio. XVI.

Queritur vlterius an Joā. baptista fuerit testis idoneus ad phibendum testimoniuz de Jesu ꝙ esset christus. ¶ Dicēduz ꝙ sic. Primo q: adiuuabat euz diuina auctoritas: cū de eo prenūciatum eēt per Ysaiam ꝙ vēturus esset ad parandū viam domini: vt patet in littera: t Luc. 3. t beatus Marc⁹ dixit ꝙ iste est de quo dictuz est per Ysaiam. Ego mitto angelū meum ante faciem tuam. Mar. ꝑ. Et ex hoc ei credenduz erat. Nam etiam isto modo Jesus probat se esse messiaz vsus auctoritate scripturarum cōtra iudeos: cū ait. Scrutamini scripturas: qa vos putatis in ipsis vitā eternā habere: t ille sunt que testimonium perhibent de me. Joā. 5. Joānes quoq̄ sic etiā asserebat de se dictuz esse per Ysaiaz. Nā cum iudeis querētibus an eēt xp̄s. i. messias ille rndisset nō: t ipsi qrerent qd eēt: dixit. Ego vox clamāt] in deserto: dirigite viā dñi sic dixit ysaias ꝓpha Jo. ꝑ. ¶ 2° ꝑz eē Joā. testē idoneū: q: ita ab oibus reputabat.

Rñsio ad q̄stū qōis.

ꝓma ꝓbō

scōa ꝓbō

6ª f. ergo erat sacralis confessio. ¶ Sexto q̄ in cōfessione sacrali imponiť pnia ipsi ꝓfesso p̄ sacerdotē. Hic aūt nulla pnia imponebāt ipsi sacerdoti q̄ cōfitebāt peccata nec populo cuius erant peccata: sed potius ipse sacerdos qui peccata confitebāt imprecabāt ea super caput hirci cui illa cōfitebāť: quasi oia peccata hircus suscepisset 7 populus maneret absolutus ab hijs. Non ergo erat confessio illa sacralis. ¶ Dicendū ergo q̄ in veteri testō nō fuit sacrm̄ pnie sed in nouo per xp̄m istitutū est. Et etiā nō fuit ꝓfessio sacralis aliq̄n̄ nisi in nouo testō. Quare aūt deus iuberet peccata populi ꝓnunciari super caput hirci: 7 an aliquid proficeret: 7 quid illud erat: 7 que pctā erāt illa que sacerdos cōfitebatur: 7 multa alia circa hoc declarata sunt late leui. 16.

¶ Que peccata 7 quomodo confitebantur ioāni illi qui ab eo baptizabantur. Questio. .LIIII.

Queritur Quomodo baptizati a ioāne cōfitebāť peccata 7 ad qd 7 q̄ peccata ꝓfitebanť.

¶ Quidā dicunt q̄ baptizati confitebāť ioanni oia peccata sua particulariter 7 grauitates eorū sicut nunc cōfitentur in

A Impro- bāť opi. p̄ª rō. sacro pnie: lz non esset illa cōfessio penitētialis. ¶ Sed tūc non apparet ad qd fieret ista tam diligens cōfessio: cū ibi nō expectaret aliqua absolutio nec remissio pctōr: q̄ ioannes peccata remittere non poterat: sed solū in aqua baptizabat.

2ª rō. ¶ Jtem nō vr̄ satis verisimile q̄ vellent iudei facere talē confessionē: q̄ nūc sunt hoies exercitati ad ꝓfessionē 7 tn̄ ꝓpter verecundiā plurimi obmittunt cōfiteri vel non plene ꝓfitentur 7 ipsi qui ꝓfitenť hñt hoc ꝓ graui. A fortiori ergo iudei qui nunq̄ habuerant talē cōfessionē in vsu ꝓ difficili haberent q̄ oia peccata sua sic explicite ꝓfiterenť. Et nō est verisimile q̄ vellent confiteri nisi saltē aliqui viri valde deuoti. Et tn̄ dr̄ hic 7 Mar. i. 7 Luc. 3. q̄ exibant quasi oēs iudei ad baptismū ioānis: ergo oēs cōfitebāť pctā sua. vt dr̄ in lra.

3ª rō. Et sic nō cōfiterenť oia peccata particulariter sicut in cōfessione nra. ¶ Jtē q̄ nūc tenemur nos ex ꝓcepto ad cōfessionē quolibet anno semel 7 tn̄ multi obmittunt: iudei autē nō tenebanť ad istā cōfessionē nec ad baptismū ioānis q̄ cōfessio ista fiebat in baptismo 7 tamē baptismus ioānis neminē obligauit. vt supra dictū est in. 51. q̄one de hoc: ideo nō est verisimile q̄ sine obligatione oēs se subijcerent huic cōfessioni quā nos sub obligatione hñtes ꝓ magna parte nō seruamus. Alio ergo modo 7 leuiori fieret ista cōfessio: 7 sic oēs iudei facilr̄ inclinarenť ad illā. ¶ Alij dicunt q̄ iudei cōfitebanť peccata sua non quidē particularia sed generalia quedaz sicut faciebat sacerdos super caput hirci vt diximus precedenti q̄one. Jstud aūt erat satis facile ad qō iudei inclinarenť q̄ sine robore magno fieri poterat. ¶ Sed dicendū q̄

B Impro- bāť opi. p̄dicta. p̄ª rō. non stat: q̄ in cōfessione quā faciebat sacerdos super caput hirci confitebāť ipse solus ꝓ toto populo ideo poterat dicere peccata generalia populi nō dicendo peccatū spāle alicuius priuate persone vel singularis. Jn baptismo aūt ioannis quilibet cōfitebatur ideo nō poterat cōfiteri peccata populi sed ꝓpria. Q̄ alr̄ id qō vnus cōfitereť alius confitetur cū eadē essent populi peccata. Et istud esset superfluū: q̄ sufficeret q̄ vnus cōfitereť ꝓ oibus: nō ergo cōfitebantur

2ª rō. peccata oia sed ꝓpria. ¶ Jtē ꝓz q̄ in lra dr̄ q̄ baptizabātur a ioāne in iordane cōfitentes peccata sua ꝓpria. Ergo peccata sua confitebanť q̄ alr̄ nō diceret quilibet cōfiteri pecca-

3ª rō. ta sua sed peccata populi vel peccata cōmunia. ¶ Jtē q̄ isti baptizati confitebanť peccata eo q̄ volebant facere pniaz de illis q̄ sicut dictum est. iste vocabāť baptismus pnie q̄ in illo confitebantur hoies se facturos pniam de peccatis: 7 ioānes dicebat eis facite fructū dignū pnie. Nemo tn̄ istorū debebat facere pniam de peccatis populi sed de suis. Ergo nō confitebanť peccata populi sed ꝓpria. ¶ Aliter pōt dici q̄ isti baptizati a ioāne confitebanť peccata sua: nō tn̄ ꝓfitebatur illa particulr̄ sicut nos in ꝓfessione sacrali. imo nullum peccatū expresse ꝓfitebanť: sed dicebanť ꝓfiteri peccata sua. i. cōfitebanť se esse pctōres. s. q̄ quilibet eorū diceret ego peccator sum 7 offendi deū in plurimis. Volo. tn̄ facere ꝓniaz. ¶ Jstud aūt cōuenit valde q̄ vt oēs doctores asserunt baptismus ioānis erat baptismus pnie. i. ꝓfessio quedā de faciē do pniam. Qui aūt dz protestari se facturū pniaz dz q̄ fatea tur se esse peccatorē. Et hoc erat confiteri peccata sua. Et sic in cōfessione generali dr̄ homo cōfiteri peccata sua. tn̄ nullū illoz exprimit sed ꝓfiteť se in multis esse peccatorē. Hoc aūt mō facile esset iudeis cōfiteri peccata sua: q̄ nulla esset verecundia cū constet oēm hoiem esse peccatorez. Quia si dixerimus q̄ pctūm non habemus ipsi nos seducimus 7 veritas in nobis nō est. Jo. i. hoc ēt modo nō poniť aliqd superfluuz sicut poneret dicendo q̄ iudei ꝓfitebanť oia pctā sua. Et tn̄ ab illis nō absoluebanť. Etiā nō poniť aliqd ꝫ cōsuetudinez iudeoz q̄ fieret si diceremus q̄ ꝓfitebanť de oibus peccatis suis: q̄ ista ꝓsuetudo nunq̄ fuerat in veteri testō 7 tn̄ nūq̄ est ponēdū aliqd fuisse factū ꝫ ꝓsuetudinē nisi necessitas vr-

E geat ad hoc. ¶ Jtē hoc vr̄ littera significare q̄ dixit q̄ cōfitebanť peccata sua. Si tn̄ cōfiterenť oia peccata pticulariter sicut nos cōfitemur nō solū diceret q̄ confitebanť pctā sua sed q̄ ꝓfitebanť oia pctā. Quidā dicunt q̄ cōfitebanť isti baptizati peccata sua ioāni quia ad cōparationē illius pctōres erāt. Et istud vr̄ dicere chrisostomus super matthēū. s. ad cō parationē eni sanctitatis ioānis quis poterat arbitrari se iustū. Sicut eni vestis candida si fuerit posita iuxta niuē ad cōparationē niuis sordida inueniť: sic ad cōparationē ioannis oīs hō videbat immundus. Et ideo peccata sua confitebantur. Jstud aūt confirmat sensum quē posuimus: q̄ isto modo confiteri peccata nihil est nisi dicere se esse peccatorē: q̄ etiā si quis esset nullius peccati conscius comparatus ioāni peccator videret: sicut vestis candida iuxta niuē. Jdeo iste confiteret se esse peccatorem: 7 tn̄ nō posset exprimere noiatim aliquod pctm̄: q̄ nullius sibi conscius esset. Et iste videtur esse verus sensus lr̄e. Si quis aūt cōtendat q̄ baptizati confitebāť peccata sua: q̄ lra hoc vr̄ dicere nō aduertimus ad contēptionē q̄ non vr̄ rationabiliter dictū. Si tn̄ aliqs vellet q̄ aliq̄ baptizati ꝓfiterenť ioanni aliq̄ de peccatis suis vt peterent consiliū quid circa illa facerent sicut fit apud viros peritos a quibus consiliuz petimus in rebus grauibus non est negandū. Et tn̄ lra intelligiť de hoc: q̄ non est verisimile qō oibus baptizatis occurrerent dubia de peccatis suis: ita vt omnes confiterentur ioanni cū littera velit qō oēs qui baptizabantur confitebantur.

¶ An ioannes absoluebat eoś q̄ sibi confitebanť. Qō. LV.

Queritur An ioānes absoluebat eos qui cōfitebanť sibi. ¶ Aliqui dicunt qō sic: q̄ confessio peccatoz non ordinať nisi ad absolutionē: iō nūq̄ confitemur nisi ei qui pōt nos absoluere. Et pp hoc interdū confitemur quibusdā 7 interdū alijs: q̄ quidā pñt nos absoluere a quibusdā a quibus nō pñt alij. Confitebanť tn̄ ioāni oēs baptizati ergo absoluebat eos. ¶ Dicēdū qō ioānes neminē absoluebat a peccatis. Nā absolutio solū fit in sacro penitentie: 7 tn̄ non fuit sacrz pnie tpe ioānis: cū pnia sit sacrz noui testamēti 7 fuit p xp̄m institutū alś aūt lz fiat confessio pctōr non sequiť absolō. Sicut cum quis pctā sua ꝓfitetur in iudicio vel ꝓfiteť amico suo vel alicui laico instante morte si nō pōt hz copia sacerdotis. Nā laicus ille nō absoluit eo qō ꝓfessio illa nō potuit eē sacralis. ¶ Scdo qō nō pōt absoluere qs de pctis nisi qñ sibi reuelanť: 7 tn̄ baptizati nō reuelabāt pctā sua ioāni sed solū ꝓfitebanť se esse pctōres vt dictū est p̄cedēti qōne: iō nō poterat absoluere quēq̄. ¶ Tertio q̄ absolō ptinet ad ptātē clauiū: ioānes aūt nō hēbat claues: vt infra dicet in quadā qōne. ¶ Quarto q̄ p absolutionē tollunť pctā sicut dr̄ ioānes. 20. quoz remiseritis pctā remissa erunt: 7 quoz retinueritis retenta erunt: 7 tn̄ ioānes non poterat pctā dimittere: q̄ istud fit p grāz: ioāneś aūt nō poterat facere aliquē actū p quē grā ꝓferret: q̄ grā p. xp̄s incepit qui dedit spūm scūm sicut ipse ioannes dixit. s. Ego baptizo vos in aqua ille aūt baptizabit vos in spū scō. Non poterat ergo ioānes absoluere de peccatis. ¶ Ad ar^m in ꝓriuz dicendū qō cōfessio sacralis ordinať ad absolutionē cōfessio

Rñsio ad q̄ sitū qōnis. A p̄ª rō. 2ª rō. 3ª rō. 4ª rō.

tñ que fiebat ioāni non erat sacr̄alis:maxime cū dictū sit q̄ nullus confitebaī ei peccata sua determinate: sed solū dicebat se esse peccatorē: 7 tñ si qs ēt sacerdotibus nostris cōfiteret isto mō nō absoluerēt eū q: nihil erat de quo absoluerēt sic gñaliter loquēdo. ¶Quidā tñ instant q̄ ioannes poterat absoluere q: poterat remittere peccata. Nam ꝓfessio fiebat ioāni in baptismo q: dr̄ q̄ baptizabanī ꝓfitentes pctā:baptismus tñ ioānis erat in remissionē pctōz. Mar.i.ergo p actū ioānis poterāt remitti pctā:ita ḡ posset absoluere a peccatis. ¶Dicendū q̄ per baptismū ioannis nō remittebanī peccata q: solū fiebat in aqua 7 non in spiritu sancto. Cum autem dicitur q̄ erat in remissionem peccatorū non intelligitur q̄ ibi fiebat ꝫ q̄ futura significabaī de quo infra dicet. ¶An ioānes pniam imponebat sibi confessis. Qō.LVI.

Queritur An ioānes imponebat pniam ꝓfessis sibi. ¶Quidā dicunt q̄ sic:q: infra in littera dicit q̄ ioānes dicebat baptizatis. Facite fructū dignū pnie. Et tñ fructus pnie sunt opa satisfactoria que imponūt confesso ad satisfaciendū ꝓ:o peccato. ¶Dicendū q̄ nō ipo nebat ioānes pniam:q: imponere pniaz cōfitēti est absolvere ipsum a quadā parte pene 7 obligare ipsum ad aliā taxādo sibi illaz. Et iste est actus clauiū sacerdotalium.s.ligandi 7 absoluendi vt ait magr̄.4.sen.distin.18. Et tñ ioānes nō poterat absoluere vt dictū est p:ecedēti qōne:ergo nō poterat iponē pniaz qō erat ꝓpie ligare:q: q nō pōt ligare:absoluē nō pōt: vt ait Ambro.deus voluit par ius eē ligādi 7 soluēdi:vt ait magr̄.4.di. ¶Scōo ꝑz q: iponē pniaz actꝰ iurisditionis est: 7 pertinet ad claues:ioānes tñ illas nō hēbat. vt dictū est. ¶Tertio q: non pōt fieri impositio pnie nisi in sacrāmēto pnie. Nā ēt si qs vni perito ꝓfiteat pctūz suū vt ab eo ꝓsiliū accipiat:nō pōt ille sibi pniaz iponere:q: nō est cōfessio illa sacr̄alis. ¶Quarto q: nunq̄ iponit pnia nisi p peccato qō qs cōfiteat:ioāni aūt nemo ꝓfitebaī pctā vt dictū est sed solū dicebat se esse pctōrem: 7 p:o tali cōfessione pnia imponi nō pōt q: iuxta mensuraz delicti dz imponi pnia. Et tñ qui dicit se pctōrez nullū delictū confiteī:ió nulla pōt sibi imponi pnia. Nā si vellemus ei pniaz imponere nesciremus quantā q: nesciret quantū erat delictū cū per istā ꝓfessionez non appareat. Dato tñ q̄ diceremus ioāni factā fuisse ꝓfessionē peccatoz determinate sic nos facimus:nō poterat penitentiā imponere:cū solū iponaī in sacr̄ali pnia. Et tñ confessio facta ioāni non erat sacr̄alis,q: nō erat tūc sacr̄z pnie. Nullo mō ḡ ioānes imponebat pniam aliquā. ¶Ad aiᵐ dicendū q̄ cū ioānes diceret facite fructū dignū pnie non ipo nebat pniaz:sed solū hortabaī vt hoies spōte facerēt opa satisfactoria p:o peccatis 7 mutarēt vitā suā in melius:imo ex verbis istis apparet q̄ non iponebat pniam: q: pnia posita a sacerdote semp est taxata 7 certa:vt sciat penitēs ad quid sit obligatus. Sed cum dicitur facite fructum dignum penitentie nihil taxatur. Ergo non est impositio pnie sed exortatio ad faciendū illam ſm arbitriū penitentis.

¶An baptismus ioānis haberet claues. Questio.LVII.

Querit An baptismꝰ ioānis hr̄et claues. ¶Quidā dubitant dicētes q̄ cum claues solum pertineant ad sacerdotes: 7 de ioanne nō ꝓstet an esset sacerdos dicunt esse dubiū an habuerit:imo plurimi volunt dr̄e q̄ nō fuit ioānes sacerdos:q: ipse a teneris annis incepit eē in deserto 7 mansit ibi vsq̄ ad tps istud quo incepit p:edicare Luc.i.s. Puer aūt crescebat 7 cōfortabaī spū 7 erat in deserto vsq̄ ad diē oñsionis sue ad israel. Et sic nō habuit aliq̄ tps in quo posset effici sacerdos:ꝓñr q̄ non habuit claues.

¶Dicēdū q̄ isti multū errāt: iudicātes de sacerdotibus in veteri testō sicut in nouo. Et tñ nō est idē modus. Quia nūc sacerdotiū nō ptinet ad aliquā certā p:ogenie:sed quicūq̄ vult ꝓmoueri in sacerdotiū p:omouet dū tñ nō habeat aliq̄ impedimētū de iure. In veteri āt testō sacerdotiū ptinebat ad certā p:ogenie.s.aaronitarū.i.ad filios aaron. De alīs aūt nemo poterat ministrare in sacerdotio 7 si se imisceret occidendus erat numeri.3.7.16.7.17.7.18. Et tunc oēs ille sacerdotū erant sacerdotes 7 ministrabant tpibus suis ꝛ sortes suas.p.paralipo.4. Et hoc aūt apparet q̄ ioannes baptista erat sacerdos q: paī suus zacharias erat sacerdos. Luc. i. 7 erat de vice abia.e.c. Et ista est octaua sors sacerdotū de familia eleazar.p.paralipo.14. ¶Dicendū tñ q̄ ls ioānes fuit sacerdos nō tñ habuit claues. Quia sacerdotes veteris testi claues nullas habebāt. Quod ꝑz q: xps dedit de nouo claues in nouo testō tanq̄ aliquid spūale. Ergo nō fuerunt in veteri:q: si ibi fuissent nō oportebat illaꝫ spūaliter tradi sacerdotibus in nouo q: tota perfectio sacerdotū veteris testi habundātius esset in nouo. Et istud planum erat cū totus status noui testamēti ꝓfectior sit statu veteris testi q̄ xps claues dederit quasi aliqd nouū. Ꝑz q: de eis fec̄ valde expr̄essam mentionē 7 sepe: 7 tñ si fuissent in veteri testō nō oportebat illas ita exprimi. Patet qñ ꝑ xps fecit mentionē de claibus quas tradidit oibus aplis sue ipsi pastori eccle spāliter noiato petro ifra.16.s.tibi,dabo claues regni celorum. Et quodcūq̄ solueris sup terrā erit solutū 7 i celis: 7 quodcūq̄ ligaueris 7c. Et iterū ifra.18.oibus aplis imo ipsi eccle loquēs dixit. Quecūq̄ ligaueris sup terrā erūt ligata 7 i celis 7 q̄cunq̄ sol. 7c. Et iterū post resurrectionez xps discipulis. apparēs fecit mētionē de istis clauibus quasi innouādo ptā tē traditaz. Et cū sufflasset in eos dixit accipite spūm scūm 7 quoz remiseritis pctā remittūr eis: 7 quoz retinueritis retenta erūt. Nō ergo fuerūt iste claues in veteri testō. ¶Secundo ꝑz q: si sacerdotes veteris testi habuissent claues potuissent absoluere 7 ligare de pctis q: actus clauiū est absoluere infra.16. 7.18.siue retinere 7 dimittere qō idē est. Jo. 20. Sacerdotes tñ veteris testi nō potuerunt absoluere 7 ligare:q: non pōt qs absolui de pctis nisi per gr̄am. Et tñ in nullo sacro legis veteris cōferebaī gr̄a nisi in circuncisione ergo nō poterant absoluere: 7 ꝓñr nec ligare:q: par ius est ligandi 7 soluendi.vt ait Ambrosius. ¶Tertio patet quia si sacerdotes veteris testi habuissent claues nō fuissent apō eos ociose: q: deus nihil dat vt ociosum sit:cum exigat a nobis vsurā de illis que tradit:sicut ꝑz de parabola de dño qui tradidit:qnq̄ talēta vni suo 7 alteri duo.alteri vno 7 petīt ab eis cū vsura. Et ita xps dicit se facturū infra.25. Maxime aūt q: ptās clauiū est tā excellēs 7 tā vtilis. Nullo mō ḡ māsisset ociosa. Et tñ sacerdotes veteris testi absoluerunt quē q̄s q eis cōfessus est cū sacr̄z pnie dicaī ab oibus esse nouite stamēti:ḡ nō habuer̄t illi sacerdotes aliq̄s claues. ¶Quarto ꝑz q: p actū clauiū daī spūs scūs: 7 claues sunt quedā potestas spūs sci: 7 opantes p clauē operanī p spūm scūm. Qō ꝑz q: qñ xps discipulis claues tradidit dixit. Accipite spūm scūm.quoz remiseritis pctā remittunī eis 7c. Quasi dicat. q̄ accipere istā ptātē erat accipere spūm scūm. Et tñ sacerdotes veteris testi nō habuerūt spūz scūz quātū ad ptātē nec ēt illū dabāt:ergo nō hñt ptātē. Patet hoc q: ioannes baptista erat sacerdos 7 vir sanctissimus receperat a deo spālē ptātē 7 tñ nō poterat baptizare in spū scō nec facere aliqd in spū scō. Nā si potuiss̄ remittē vl retinē pctā p ꝓfessionē absoluēdo potuisset a fortiori dare spūm scūm baptizando. Et tamē nō potuit:ergo nec poterāt sacerdotes veteris testi: 7 sic nō habebāt claues. ¶Quinto ꝑz q: nō erant necessarie claues sacerdotibus veteris testi:q: nullū actū hēbant in quo esset necessarius vsus clauiū. Nā potestas clauiū pertinet ad characterē sacerdotalē noui testi. Dicunt enī qdā esse vnicū characterē sacerdotalē siue vnicā ptātē ſm substātiā:cuius sunt duo actus. Unus sup corpus xpi verū.s.posse conficere:alī super corpus xpi misticū.i.super fideles.s.posse soluere 7 ligare.! ¶Alī volūt q̄ sicut sunt duo actus ita sunt duo characteres 7 due ptātes 7 q̄ nō simul imprimantur sacerdoti in ordinatione sua:sed diuersotpe in traditione diuersarum rerū facta ipsi ordinando ab epo. De hoc aūt ꝓ:o nunc non intendit. Sufficit aūt q̄ isti duo actus competunt sacerdoti ex charactere siue sit vnus siue duo. In veteri aūt testamēto nunq̄ debebat esse vsus ligandi 7 soluēdi:q: istud pertinet ad ꝓfessionē sacr̄alē q̄ non fuit in veteri testō:ió nō hūerunt sacerdotes ibi claues istas q: eēnt oino superflue 7 ociose. q̄ est maximū, incōueniēs 7 ꝛ ordinē dei. Sicut si deus daret, oculos lapidi vel manus qui nunq̄ deberet videre nec aliqd opari esset istud valde superfluū 7 magna inordinatio. Et sic ioānes ls esset sacerdos in veteri testō claues nullas habuit. ¶Et nō solū sacerdotes veteris testi non habebāt claues sed ēt nec hēbant characterē ordinis potius quā laici. Est aūt ver q̄ hēbant ipsi ptātē faciēdi ministrationez corā deo quas nulli alī facere licebat sub pena mortis. Et tñ istud non arguit characterē sicut iudex alicuius p:ouincie vel loci potest facē oia q̄ ptinēt ad iurisdictionem 7 nullus p:iuatoz istud facere pōt. Et tñ iudex ille nō hz characterē sed solum

Rñdet ad q̄sitū qōnis A

B

C

D

Opio quorundam. A

p^a rō.

Rñsio ad q̄sitū qōnis. B

2.ō^a r

3^a rō. D

C

4^a rō. E

5^a rō. F

F

B

sed solū ptātē quādā iurisdictionis a lege vel ab hoie: q̄ ptās non est character ita illa ptās sacerdotū veteris testi erat q̄dā ptās collata eis solis a lege ⁊ tñ nō erat character. ¶ Ad hoc enī q̄ character dicat requirunt plura. s. q̄ sit ptās ad aliqd agendū: ⁊ q̄ sit spūalis: ⁊ q̄ sit indelebilis: ⁊ q̄ sit ad faciendū aliqd qō alis nō possent facere nō hītes ptātē illaꝫ de iure nec de facto: ēt si tētent istud agere. ¶ Primo dī q̄ sit ptās ad agendū. Ideo habitus cognitiui non pñt vocari character: eo q̄ nō sicut ad agendū sed solū ad intelligendū ⁊ nō trāsit operatio illa in aliqd exterius. ¶ Scōo dī spūalis q̄ a deo dat ⁊ p̄o re vel ministratione spūali. Ideo ptās iurisdictionis iudicū laicoꝝ est ptās ad aliqd agendū nō tñ vocat character q̄ nō est aliquid spūale. i. nō est p̄o rebus pure spūalibus. Et ob hoc etiā pōt perire illa ptās ⁊ iterum eidē aduenire. Quod nō ptingit in charactere. Nā qualitas indelebilis est. Sic ēt est de ptāte iurisdictionis ecclīastice q̄ nō est in foro pnie. Nā illa ptās nō ē character nec depēdet imediate a charactere: q̄ pōt esse in aliquo qui nō hēat characterē: tñ sicut nō ordinati in sacris nō hñt characterē pertinentē ad iurisdictionē: hñt tñ iurisdictionē in causis ecclesiasticis sepe tā ordinariā q̄ delegatā. ¶ Tertio dī q̄ sit indelebilis q̄ character nunq̄ deleat siue sit character ordinis siue baptismi vl̄ alicuius sacri in quo p̄ferat character. Ideo qui semel baptizatus est nūq̄ pōt desinere esse xp̄ianus etiā si a fide recedat: q̄ character semp ei manet: ita ēt qui semel p̄motus est in sacerdotiū semp est sacerdos etiā si deponatur vel degradet: iō semp p̄ficere pōt. Et pp hoc etiā ptās iurisdictionis nō pnialis quātūcūq̄ sit spūalis nō est character: q̄ ois talis desinere pōt ⁊ iterū cōferri ei qui semel illā habuit ⁊ ista tria repimus gñal̄r in oi charactere: potissime in charactere ordinis. ¶ Quarto dī q̄ nō hītes illā ptātē nō possunt de iure nec de fcō exercē actū illius ptātis. Et istō appet spāl̄r in charactere ordinis ep̄alis si sit ordo distinctus a sacerdotali. Nā sacerdotalis character quantū ad vtrāq̄ partē suā hꝫ tales actus quos nemo possit facē nō hīs characterē. Nā per istū characterē sacerdos pōt cōficere. Qui aūt nō est sacerdos nō solū nō dꝫ p̄ficere: sed ēt si tēptet cōficere nihil faciet. Sic etiā quātū ad aliū actū sacerdos pōt absoluere de pctis: qui aūt nō est sacerdos nō pōt absoluere. Et si temptet facē nihil est. Sic est de charectere ep̄ali: q̄ ea que sunt ordinis ep̄alis nemo pōt facere nisi ep̄s: ⁊ nō pōt eps illa alteri delegare. ¶ Aliqs dicet q̄ si ēt accidit in hīs in qbus nō est character sicut in actibus iurisdictionis. Nā si p̄uatus velit exercere actū iurisdictiōis: ab eo facta nihil valēt ita q̄ nō solū sunt iniqua sed ēt sunt nulla: ita vt ab illis appellari nō sit necesse. ¶ Dicendū q̄ nō est sīc. Primo q̄ falsuꝫ p̄supponit: q̄ facta ab illo qui nō p̄est iurisdictiōi de iure nulla sunt: ⁊ tñ de facto aliqd sunt si executioni tradantur sicut si esset verus iudex. Et cū dī q̄ nō solū sunt iniqua sed etiā nulla verū est de iure: q̄ iura reputant illa tanq̄ nō facta vel a nullo facta quātū ad validitatē: ⁊ tñ de facto non pōt tolli q̄n aliqd sint. Secus aūt est in actu sacerdotali cōficiendo: q̄ qui nō hꝫ characterē si conet cōficere nō solum reputamus illū nihil facere sed etiā realiter nihil facit: quia nihil cōficit ac si nunq̄ loqueret. Idē est in absolutiōe sacrali: ⁊ idē est in actibus ptinentibus ad ordinem ep̄alē. ¶ Se cūdo differūt ista q̄ hꝫ p̄uatus vtens iurisdictione de iure nihil facit tñ istud pōt validari vt aliqd sit siue pp errorē publicū ⁊ cōez vtilitatē sicut in barbario philippo qui erat seruuꝫ ⁊ ideo nō poterat esse iudex. Et cū ignorareť eius cōditio factus est iudex ⁊ multa vt iudex fecit. Cōperto aūt postea q̄ esset seruus apparebat nihil valuisse oia que fecerat. Q̄ tñ erat damnū publicū q̄ ista oia haberenť tanq̄ nulla habita fuerunt tanq̄ valida. vt p̄z. ff. de iudicis in. l. barbarius. Sic etiā si qs p̄uatus faciat aliquē actū iurisditiōis. de iure nullus est: ⁊ tñ hīs supremā ptātē pōt validare illū actuꝫ ita vt teneat ac si factus fuisset ab hīte iurisdictionē. Secus autē hic est: q̄ si quis nō sacerdos per errorē putās se sacerdotez faciat actus sacerdotis nihil est qō facit: nec pōt per errorem publicū ⁊ pp̄iū etiā inuincibilē validari qō factū est: sed necesse est q̄ iste sacerdos reputeť ac si nihil feciſſet: q̄ vere nihil fecit in effectu: hꝫ aliqd facere videbat. Et sic est de sacerdote nō baptizato q̄ p̄ nō pōt facere characterē alicuius ordinis quia ab isto facta nulla sunt de iure nec de facto. Et q̄n cōpererit se nō esse baptizatū dꝫ baptizari: ⁊ iterū ordinari vt p̄z extra. de p̄esby. nō bapti. c. i. ¶ Item poterant facta in p̄uato validari vt tenent sicut facta ab eo qui p̄eest iurisditioni. Et hoc per cōuersum vel ratificationē ⁊ p̄sumationē eius qui p̄eest supreme iurisdictioni. s. pape vel imperatoris vel regū qui nō cognoscunt superiorē in tēporalibus: ⁊ tñ facta a nō hīte characterē sacerdotalē non pñt reualidari per aliquē nec etiā p papā ad hoc q̄ teneāt sicut si nō sacerdos conatuꝫ est cōficere non pōt p approbationē pape effici q̄ actus illius valeat aliqd sicut si fuisset sacerdoꝫ. Idē si nō sacerdos absoluit aliquē in foro pniali papa nō poterit illuꝫ actū reualidare: sed oportebit q̄ iste iterū cōfiteat alteri hīti ptātē. Ratio huius est q̄ papa pōt reualidare ea que de facto aliqd sunt licet de iure nulla sint. Illa tñ que de facto nihil sunt papa nō pōt facere aliquid esse: q̄ istud nō pertinet ad ptātē iurisdictionis sed cālitatis ⁊ vigoris quasi naturalis. ¶ Tertio differunt q̄ in iurisditionibus ea q̄ nō competunt alicui ex iurisditiōe pñt sibi delegari per aliquē habētē iurisditionē: ⁊ nō solū parua ⁊ cōia sed ēt maxie ardua delegabilia sūt ei q̄ nulla hꝫ iurisdictionē. Ea tñ q̄ ptinēt ad characterē delegari nō pñt. Un̄ papa nō poterit alicui nō sacerdoti cōmittē q̄ absoluat aliquos in foro pniali. Nō poterit etiā cōmittere alicui pure laico ea que sunt ordinis ep̄alis: q̄ si cōmittat nihil facit. Et sic nō est sīc de iurisdictione ⁊ charactere maxime quantū ad characterē sacerdotalē ⁊ ep̄alem quos hītes pñt de facto aliqd agere. quos nō hītes characterē facere nō pñt. ¶ Et hoc apparet q̄ in sacerdotibus veteris testi nō debeat poni character. Quia hꝫ hēant ptātem ad aliqd agēdū: nō erat illa ptās spūalis q̄ vocat ptās spūalis si id ad qō est pure spūale est. Ministrationes autē quas faciebant sacerdotes in veteri testō erant carnales. s. sacrificia carnalia ⁊ emundationes carnales vt apl's dicit loquēs ad hebreos. Nō erat ergo ptās pure spūalis ad faciendum illa. ¶ Quarto ꝑditio ēt nō cōpetit ptāti istoꝝ sacerdotum q̄ actus quos faciebant sacerdotes nulli alī de iure facere poterāt de facto: tñ poterāt facere sicut ipsi. Patet in multis qui istud facere aggrediebanť numeri. 16. ⁊ de rege ozia. 4. regū. 15. Moyses quoq̄ non erat sacerdos: ⁊ tñ ipse fecit oia sacrificia ⁊ cerimonias sacerdotales p illos octo dies qbus cōsecrati sunt aaron ⁊ filij eius in sacerdoteꝫ ⁊ postea ipsi ministrauerūt ex. 29. ⁊ leui. 8. ¶ Adhuc patet magis hoc quātū ad aliū actū characteris sacerdotalis pertinentē ad forꝫ pnie. ¶ Naꝫ in veteri testō nullo mō fuit necessarius: quia ibi nunquaꝫ fuit confessio sacr̄alis in qua p̄prie est actus istius characteris vel ptātis. ¶ Cōsiderandū q̄ hꝫ in veritate nō fuerit character in sacerdotibus tñ si illū hūissent esset dubiū q̄n cōsequereť. Ratio dubij est q̄ sacerdotes nr̄i non sunt sacerdotes per progeniē sed p promotionē. Et istis dat character tūc q̄n sacerdotes efficiunť. s. p ordinationē factaꝫ ab ep̄o. ¶ In veteri āt testō sacerdotiū cōpetebat p pgeniē ita q̄ oēs q erāt de progenie aaronitarū erāt sacerdotes: ⁊ eo ipso q̄ nascebanť assequebanť ius sacerdotij ⁊ dabantur eis partes de sacrificijs ⁊ de rebus que offerebanť dño. Et ob hoc aliqs diceret q̄ caracter sacerdotalis si deberet imp̄i mi illis imp̄imereť in illo exitu de vtero q̄ eo ipso q̄ exibāt de vtero dicebanť hō natus in mundū ⁊ cōpetebāt sibi oia iura quē possent cōpetere rōne progenici. ¶ Dicendū tñ q̄ si deberet illis imp̄imi character ordinis: nō imp̄imereť eo tpe quo nati sunt: sed alio tpe. s. in cōsecratione sua. ¶ Pro quo sciendū q̄ hꝫ sacerdotes haberent sacerdotiū ex pgenie: tñ nō ministrabant nisi post cōsecrationē. Erat aūt quidam ritus cōsecrationis sacerdotis magni: ⁊ alius ritus cōsecrationis sacerdotuꝫ minoꝝ. De \ t roq̄ patet exo. 29. ⁊ leui. 8. Nā sicut ibi cōsecrati sunt aaron ⁊ filij eius. ita dī q̄ consecrandi essent oēs sacerdotes in posteruꝫ. Et sic fiebat q̄ anteq̄ ministrarent cōsecrabanť. Et sic non sacerdos. i. qui nō erat de illa progenie nō poterat ministrare in sacerdotio: ita qui erat de illa progenie nō poterat ministrare quouisq̄ consecrareť. Patet. 3. palipo. 29. vbi dī de phase qō factū est tpe ezechie regis. Naꝫ oblata sunt multa a ialia ⁊ dī q̄ sacerdotes erant pauci nec poterant sufficere vt pelles holocaustorū detraherent. Unde ⁊ leuite fratres eoꝝ adiuuenerūt eoꝫ donec impleret opus ⁊ sanctificareť antistites. i. sacerdotes

Erant tunc pauci qꝛ nondū erant cōsecrati nec potuerunt cōsecrari pp brevitatē tpis pro illa festiuitate. Modus fuit qꝛ achā rex pr̄ ezechie fuit idolatra nimiū ita vt claudēt portas templi dñi vt nulla ministratio fieret deo a sacerdotibus sed offerrebant sacrificia idolis in angulis platearū ꝛ oibus locis hierusalē. 2° paralipo. 28. 29. ꝛ mansit tēplū sic clausum vsq; ad mortē achā. Ezechias aūt filius eius cū cepit regnare aperuit tēplū ꝛ purgauit illū ab imundicijs idolorꝫ. 2° paralipo. 29. Et pp hoc toto tpe achaz sacerdotes nulli cōsecrari potuerunt nec etiā leuite qꝛ p̄secratio istorum fieri debebat in tēplo: cū multis cerimonijs. Et ob hoc qñ ezechias apuit tēplū ꝛ exclusis immūdicijs voluit facere magnā festiuitatē ꝛ multa sacrificia erant valde pauci sacerdotes ꝛ etiā leuite cōsecrati qui ministrare possent. Leuite aūt multi subito cōsecrati sunt qꝛ ritus cōsecrationis eorꝫ facilis est: sacerdotes aūt nulli tunc cōsecrari potuerūt pp tpis brevitatē qꝛ ritus cōsecrationis est lōgior. Unde oportuit q̄ leuite adiuuarēt sacerdotes ad detrahendas pelles holocaustorꝫ qō tñ pertinebat ad officiū sacerdotū. Hoc totū colligit. 2°. paralipo. 29. Et sic p3 q̄ lꝫ sacerdotiū cōpeteret ex progenie nullus tñ poterat ministrare quousq; consecrarēt: siue de sacerdotibus minoribus siue de summis. Idem aūt erat in leuitis. Nam etiā officiū leuitarū competebat ex progenie leui numeri. 3. ꝛ. 4. Et ſm determinatā progeniē ipsorꝫ leuitarū cōpetebāt eis diuerse ministrationes vt p3 numeri. 4. ꝛ p̄. paralipo. 25. ꝛ. 26. Et officia istorꝫ erant valde minora ꝛ minus sacra q̄ officia sacerdotalia. Et tñ adhuc isti nō poterāt ministrare quousq; consecrarent. De cōsecratione horꝫ quū p̄mo cōsecrauit eos moyses in deserto cū primū assumpti sunt in ministeriuꝫ dei p3 numeri. 8. ꝛ eo mō postea semp asserebāt. Nā tpe ezechie cōsecrati, fuerūt multi leuite: sacerdotes aūt nulli ꝛ tangit cā. scō paralip. 29. s. qꝛ leuitici ritu cōsecrant leuite q̄ sacerdotes. Ideo pp tpis brevitatē non potuerūt cōsecrari tūc sacerdotes aūt nulli nisi pauci. Et tangit causa sed soli leuite.

¶ Apparet ergo q̄ si sacerdotes vel leuite veteris testamēti debuissent br̄e characterē q̄ ille imp̄primeret eis in cōsecratione ꝛ nō in natiuitate. Et ratio est qꝛ alꝫ superflua videretur consecratio si totū complemētū sacerdotij consequerent in natiuitate. Et maxime p3 hoc qꝛ nō licebat istis ministrare qñ non erant consecrati: ac si non essent sacerdotes. Et tñ per impressionē characteris iest sacerdotibus nr̄is potestas exeundi in actus sacerdotales. Et sic dicendū: q̄ lꝫ sacerdotibus veteris testamēti character nō imp̄primeret: tñ illa ptās ministrandi que erat eis loco characteris sacerdotū nr̄orum nō dabat nisi in cōsecratione: ꝛ ibi dareť character tā ipsis q̄ leuitis si fuisset character in veteri testō. ¶ Sed obijciet qꝛ ex eo q̄ aliquis nascebat de progenie sacerdotali erat sacerdos: ꝛ dabant eis partes de reditibus sacerdotalibus in alimentū. ¶ Dicendū qō hoc nō stat qꝛ vocabāt isti sacerdotes. i. nati de progenie sacerdotali: sed nō sacerdotes. i. hñtes ptātē sacerdotalē. Et satis stat qō haberēt isti aliqō ius sacerdotale ꝛ tñ nō haberent ptātem ꝓpriā sacerdotalē que erat in ministrando. Nā sic etiā est in nouo testamēto quantū ad ep̄os qꝛ electus cōfirmatus in ep̄m pōt ministrare in ep̄atu quantū ad ea que sunt iurisdictionis. Et tñ nō pōt ministrare in eis que sunt ordinis ep̄alis quousq; fuerit consecratus ꝛ si conať ministrare nihil facit de iure nec de facto. Hoc āt est qꝛ character ordinis ep̄alis imp̄rimit p̄ p̄secrationē ꝛ sic ep̄s anteq; hēat characterē ep̄alē h3 aliquid ō potestate ep̄ali vel de iure episcopi. sed nō plenam ꝛ propriam ptātē epi: ꝛ ita erat de illis sacerdotibus. ¶ Quod aūt dr̄ qō isti eo ipso qō nati erant habebant ius recipiendi partes de oblationibus ꝛ sacrificijs. ¶ Dicendū qō hoc nō probat eos br̄e aliqd de ptāte sacerdotali qꝛ partes oblationū ꝛ sacrificiorum dabant istis ex necessitate: que si non darent perirent fame. Nā deus voluit q̄ sacerdotes ꝛ leuite nullā ptātē haberent possessionis in terra cū reliquis tribubus: sed sacrificia ꝛ oblationes dedit sacerdotibus in hr̄ditatē. iosue. 13. s. tribui aūt leui nō dedit possessionē: sed sacrificia ꝛ victime donum dei israel ipsa est hr̄ditas eius. Oportebat ergo q̄ sacerdotibus mox natis cōpeteret ius habēdi partē de oblationibus ꝛ sacrificijs: qꝛ alꝫ nō haberent vnde allerent paruuli relicti sine patre cū nō esset alia hereditas in qua possent succedere p̄ribus suis. Et ista etiā fuit causa quare aliq de progenie sacerdotū p̄hibebāt ministrare ꝛ nō ꝓhibebāt p̄cipere iura sicut ministrātes leui. 21. s. homo de semine sacerdotali in quo esset aliqua macula nō attendebat ad' ministrandū: ꝛ tñ vestiebat, de hijs que offerebant in sanctuario. ¶ Apparet ex dictis q̄ in veteri testō sacerdotes vl' leuite nō habebāt characterē nec claues ligandi ꝛ soluendi. Et ista est cā. quā assignant multi doctores iuriste quare in veteri testō non dabātur indulgentie a prelatis sicut nūc. s. qꝛ sacerdotes illi non habebant claues a qbus prouenit posse dare indulgentias. ¶ Et ex hoc p̄ñter appet q̄ lꝫ ioānes baptista eēt sacerdos nō habuit characterē: nec potestatē clauium.

¶ Quare baptism⁹ ioānis dr̄ baptismus pnie. Dō. LVIII.

Queritur Quare baptismus ioānis vocatur baptismus pnie. Opio q. rundaz.

¶ Dicēdū ſm quosdaz q̄ baptismus ioānis vocať baptismus pnie. i. pene: qꝛ solum dabať ad quandā penā vt homines subijcientes se spōte illi pene per hoc mererent. Erat aūt pena ista. s. qꝛ ioannes mergebat baptizatos in aquā frigidā iordanis. ¶ Sed hoc non satis stat: qꝛ ista nō est tanta pena de qua scriptura mentionē facere deberet. Itē qꝛ si solus eēt baptismus pnie: pp hanc penā nō oportebat q̄ ad hāc penā recipiendā homines venirent ad ioānē: qꝛ quilibz p se istā penā subire poterat. ¶ Itē nō poterat pp hoc vocari regula iste baptismus pnie. i. pene quia sicut aliquo tpe pena est in aquā mergi. ita alio tpe est valde delectabile ꝛ maxime in terra chanaā que est calidior valde q̄ nr̄a: qꝛ pertinet ad quartū clima ꝛ partim ad tertiū. Joannes aūt oī tpe baptizabat ideo nō poterat vocari baptismus pnie hac rōne. ¶ Itē qꝛ baptizatis dicebat ioānes facite fructū dignū pnie infra in lr̄a. Si tñ vocareť baptismus pnie. i. pene. pp istā penā mersionis in aquā frigidā nō poterat nec debebat iam sperari alius fructus pnie: qꝛ illa pnia iaz transierat cum baptizatus exiret de aqua. Non ergo accipit sic. A Imp̄robať opi. p̄dicta. p̄ª rō. 2ª rō. 3ª rō. 4ª rō. B

¶ Aliter dicendū q̄ vocať baptismus pnie: qꝛ ioānes oēs quos baptizabat ad pniaz admonebat: ꝛ nō baptizabat nisi eos qui quasi tunc incipiebāt pniaz ab ipso. Et p3 hoc ex lr̄a qꝛ dr̄ q̄ ioānes fuit predicās in deserto ꝛ dicens. Pniaz agite. Et sic p̄cipuū qō ioānes faciebat erat admonere ad penitentiā. Et qꝛ in ipso baptismo eēt admonebat penitere cuz baptizati cōfiterent pctā sua vocabať baptismus pnie. Erat aūt queniēs iste ordo ꝛ modus. s. qꝛ ioānes volebat populū disponere ad digne suscipiendū messiā venturū. Nā ipse venerat parare dño plebē p̄fectā. Luc. 1. Istud āt erat per expōnē pctorꝫ. Ista aūt fieri nō poterat nisi p pniaz doledo de cōmissis ꝛ puniendo in se q̄ praue egerāt. Et ad hꝫ ioānes baptizabat eos in aq̄. Nā sic aq̄ tollit sordes corpis ita pnia auffert oia pctā. Unde lꝫ baptismus ioānis nō posset tollere peccata qꝛ nō erat scr̄m noui testi signabat tñ pctā esse tollenda ꝛ nō solū per xp̄m siue baptismū suū: sed eē signabat q̄ sic isti baptizati a ioāne mūdabāť in corpe p aquā ita mundarētur in aia ab vniuersis delictis p pniaz. Et istud necesse erat ad digne recipiendū messiā. Hoc aūt erat totū qō ioānes hortabať: iō postq̄ baptizabat aliquos dicebat eis q̄ facerent fructū dignū pnie. vt p3 in lr̄a. i. talia opa facerēt p q̄ eēnt p̄fecte mundi ad suscipiendū messiaz. ¶ Alr̄ pōt dici q̄ erat iste baptismus pnie. i. protestatio quedā de penitēdo. Nā oēs q̄ veniebant ad baptismū ioānis ꝓtestabanť q̄ peniterent deserentes vitā veterē. Et qꝛ penitere non est nisi de peccatis: iō ista ꝓfitebanť se ꝑmuz pctores. Et hoc est q̄ dr̄ q̄ baptizabanť a ioāne cōfitentes pctā sua. i. profitentes se esse pctores ꝛ tunc protestabanť se de cetero abstinere a peccatis: ꝛ ioānes hortabať eos facere fructū dignū penitētie. i. opera bona per que satisfacerent de p̄teritis malis.

¶ Quomodo dicit q̄ baptismus ioannis erat in remissionem peccatorum. Questio. LIX.

Queritur Quō dr̄ q̄ baptismus ioānis erat in remissionē pctorꝫ: cum per illū remittunť peccata. Opio q̄ rundaz.

¶ Quidā dicūt q̄ erat vere in remissionē peccatorū qꝛ baptismus ioannis nō erat minus perfectus q̄ circuncisio: ꝛ tñ p circuncisionē tollebať peccatuz originale ꝛ dabať gr̄a. Ego ideꝫ fieret per baptismū ioānis. ¶ Dicendū q̄ per baptismū ioānis nō remittebanť peccata: qꝛ in illo non cōferebanť gr̄a vt ꝓbatū fuit supra q̄dā qōne de hꝫ: ꝛ tñ sine gr̄a nō fit remissio pctorꝫ. ¶ Sciēdū tñ q̄ baptismus ioannis pōt dici eē in remissionē pctorꝫ vnomō. s. p significationē nō qđē q̄ baptismus ioānis remissionē pctorꝫ faceret: ſz q̄ illa p xp̄m siue p baptismū eius faciēdā eē significaret. Et sic Rñsio ad q̄stū qōnis. p³ A

omnia

oia sacra legis veteris erāt ad remissionē pctōz. s. significando. ¶ Dicit aūt beda q̄ duplex baptūs pōt itelligi in vbis ioannis. Unus quē ioā. batizādo pferebat: t ē baptūs pnie. s. q̄ ibi erat q̄dā ichoatio pnie vt dixim⁹ pcedēti qōne. Alius erat baptūs xp̄i p quē pctā remittūt: quē ioā. dare non poterat sz solū pdicabat illū cū dicēt: ego baptizo vos in aq̄: ille āt baptizabit vos in spū. Et sic mat. i. qñ dr̄ fuit ioā. pdicās baptismū pnie in remissionē pctōz pñt distigui illa vba: q̄ cuz dr̄ fuit ioā. in dekto baptizās itellr de baptismo suo quez ipse dabat. Cū āt dr̄ t pdicās baptm̄ pnie si fiat ibi pūct⁹ itelliget de baptō suo: q̄ ille erat baptūs pnie. vt dcz ē. Cū nō seq̄t in remissionē pctōz dz resūmi lra, vt dicat pdicās baptm̄ in remissiōez pcōz t itellr ō baptō xp̄i quē ioā. pdicabat. ¶ Alr pt itelligi sz hiero. q̄ baptūs ioā. eēt i remissionē pctōz non effectiue sz inchoatiue q̄ p baptm̄ gra pferebat p quā remittunt pcā. Q̄ō āt pſumat p spōsuz ichoat p paniphū. Erat āt xp̄s spōsus t ioā. paniph⁹. s. amic⁹ spōsi: sic ipemet ioā. dixit io. 3. Et sic remissio pcōz q̄p xp̄m cōsumāda erat ichoareť p ioā. nō tāgz ipe aliqd de illa facēt sz qō disponēt hoies ad illā vl p baptm̄ suū illā significaret. Alr pt intelligi ista remissio pctōz. s. qō nō referat ad baptm̄ sz ad pniaz. t tē vez ē q̄: lz baptūs ioā. nō pferret rmissionē pcōz pnia tn̄ pfert remissionē pctōz. Uñ quocūq; statu t lege semp p pniaz pctā remittunt. Et pz iste sensus ex ordine lre q̄ dr̄ q̄ fuit ioā. pdicans baptm̄ pnie i remissionez pctōz. i. pdicabat baptm̄ pnie: que pnia cōfert remissionē pctōz. Et iste vr̄ verior sensus lre. Et tūc nullū ē dubiū. hūc sensū segt sctus Tho. 3. par. sū. q. 24. art. 3. i solone tertū argumēti. Pñt tn̄ teneri alū sensus. s. dci.

¶ Uidēs aūt mltos phariseoz t saduceoz venientes ad baptismū suū: dixit eis. Progenies viperarū: qs demōstrauit vobis fugere a vētura ira.

⁋ Uidēs autem. Hic oñdit idoneitas ioā. ad ferēdum testimoniū de xp̄o ex vitate doctrie: q̄ pſistit ꝫ q̄ ioā. nō timebat vicia malorū confidēter arguere. Naz phariseos t saduceos de qb⁹ hic i lra dr̄ arguebat: lz illi eēnt ō pcipui⁹ iter iudeos. Et dr̄. ⁋ Uidēs āt mltos phariseoz saduceoz. ⁋ Iste fuit due secte iudeoz t vocāt qdā phariſei t alū saducy. de qb⁹ infra dicet i. 63. q. ⁋ Uenientes ad baptm̄ suum. Hdest veniebāt vt baptizarēt a ioā. Et dr̄ baptūs suus. i. ioā. q̄ nō vocat baptūs absolute nec baptūs dei sz baptūs ioan. q̄ nihil ibi efficiebat q̄ō a puro hoie fieri nō posset. Et sic xp̄s vocauit istū baptismū ioā. infra. 21. s. Baptūs ioā. de celo erat an ex hoib⁹. Dic hic glo. ordi. q̄ nece fuit q̄ post doctrinā quā ioā. turbis tradiderat euāgelista ēt illi⁹ doctrine faceret mētionē: q̄ instruxit eos q̄ probatiores, videbant. s. phariseos t saduceos. ⁋ ¶ Dixit eis. Progenies viparū ad istos spāl'r ioā. loquutus est vocās eos pgenie viperarū. Sensus āt totius lre est q̄ isti phariſei t saducei erāt iniqui t in baptō ioā. forte nō hēbāt rectā intētionē vt infra dicet i expōne lre: nō dixit eis q̄ nō solū baptizarēt: sz ēt facerēt fructū dignū pnie. Uocauit āt eos pgenie viperarū pp iniqtatē quā i corde tenebāt: sicut vipa venenū intra corp⁹ hz. Et ita vocauit istos xp̄s infra. 23. s. serpētes genimina viperaz: quo fugietis a iudicio gehēne. ¶ Alia ca pōt ee t valde cōueniēs lre. s. q̄: voluit ioā. istos humiliare: in eo de q̄ ipsi supbebāt. Nā isti gl'iabant q̄ eēnt filij abrahe. t per hoc putabāt se euitaturos oēs penā: ēt si nulla bona facerēt. Joā. āt voluit eos, hūiliare ne supbirēt ō pgenie. faciēs eos ō pessima t noxia pgenie dicēs. Genimina vipaz vl pgenies viperarū. Quasi. dicat. Nōne estis filij viparuz vel pgenies viperarū. Q̄ō āt sit ista intētio: pz q̄: ioā. dixit eis ne vellitis dr̄e pr̄ez hēm⁹ abrahā. i nō gl'iemini de h: q̄ magis estis filij viperarū q̄z filij abrahe cū pdictionē viperarū hēatis. ¶ Cr̄so. enim sup mat. dicit istos vocatos progenie viperaz: eo q̄ cū aliquē hoiem momorderit currit ad aquā. Quā si nō inuenit morit. Ideo istos dicebat pgenie viperarū: q̄ pctā morti fera cōmittētes currebāt ad baptm̄: vt sic vipe p aquā soluz picula mortis euaderēt. Uipaz ēt nā ē rupe viscera matrū sua rū t sic nasci. Uñ ḡ iudei assidue pſequēte, pphas corum punt sinagogā suā: iō pgenies viparū nuncupant. ¶ Item vipe a foris speciose t qsi picte sūt: itus autē veneno replete. Ita t isti in vultu pulchritudinē sanctitatis oñdebāt: erant aūt hipocrite vt xp̄s dicebat infra. 23. ¶ Joānes vocauit istos pgenie vipaz: xp̄s āt vocauit eos serpētes siue vipas t genimina viperaz infra. 23. Et vtrūq; verū est. Nā isti sūt serpētes siue vipe inquātū in se ipsis venenū tenēt. Uocant pgenies viparū q̄ istō venenū a pribus acceperūt. Fuerūt eni patres eoz mali: t ipsi sequuti sunt eos in malitia ipsoruz. Sic xp̄s dixit infra. 23. s. Ueh vobis pharisei hipocrite qui edificatis sepulturas pphaz t dicitis si fuissemus in dieb⁹ patrū nrō rū nō essem⁹ socij eoz in sanguine pphaz. Itaq; testimonio estis vob metipsis q̄ filij estis eoz q̄ pphas occiderunt. Et vos iplete mēsuraz patrū vroz. i. sequimini illos in malo. Dic ꝫ pnūciādo t nō impando. s. q̄ ipsi efficerent successores in malitia patrū suoz. Et pp ꝫ iuste vocarēt vipe t filij vipera rū. Uñ. e. c. cū xp̄s dixit t vos iplete mēsurā patrū vroz subdidit serpētes genimina vipaz quo fugiet a iudicio gehēne. ⁋ qs demōstrauit vob fugē a futura ira. ⁋ Quasi dicat. Cum sitis de pgenie vipaz t sit ō pdictionē vraz bonū facē: miror quo facitis: sz ꝫ ē q̄ aliqs oñdit vob. Innuit ioan. q̄ isti phariſei t saducei erāt mali: t tn̄ veniebāt ad baptm̄. Et hoc erat opus bonū: iō mirat quo veniāt. Et credit q̄ nō veniāt a se ipsis: sz q̄ aliqs oñderit eis ꝫ. Iste āt ē de⁹ vt ait ꝫ remig⁹. Ipe. n. pulsat corda hoiuz t erudit eos vt rcedāt a malo. Sic dr̄ iob. 33. s. p sōniū i visiōe nocturna qñ irruit sopor sup hoies t dormiūt in lectulo tūc apit aures viroz t erudiēs eos instruit disciplina: vt auertat hoiez ab hīs q̄ facē t liberet eū de superbia eruēs aiaz ei⁹ a corruptiōe t vita illi⁹ ait nō trāseat i gladiū. Dr̄ āt a futura ira. i. a pena eēna q̄ futura ē malis post vitā. Et vocat ira q̄ hoies irati solent inferre penas. Ideo pena obtinuit nomē ire ita vt deus dicatur hominis ira tus quando eum punit. In deo tamen ira non est.

¶ Quo vera sint vba sci ioānis dicētis phariseis qs demōstrauit vob fugere t ē. t xp̄i dicentis quomodo fugietis a iudicio gehenne. Questio. .LX.

Queritur Quo ioā. dixit his qs demōstrauit vobis fugere a vētura ira: in quo innuit q̄ illā euitabant cū xp̄s videat dr̄e pr̄iū istis dicēs: serpētes genimina viperarū quo fugietis a iudicio gehēne. Quasi dicat non poteritis effugere. infra. 23. ¶ Dom q̄ pm diuersos actus vtrūq; verū est. Nā phariſei t saducei hic veniebant ad baptm̄ ioā. t volebant penitere de pctis: t p hoc poterāt euitare gehēnā. Phariſei āt qb⁹ xp̄s. ifra. 23. logt erāt in iniq tatib⁹ patrū suoz q̄: occisuri erāt scribas t sapientes. s. xp̄i discipulos. Et iste nō erat modus ad euadēdū gehēnā sed potius vt nūq; euaderēt ꝫ dixit eis quo fugietis a iudicio gehēne. q̄si dicat nō poteritis effugē. Et p iste sensus: immediate dixit xp̄s. Ego mitto ad vos pphas t sapientes: t ex illis occidetis t crucifigetis: vt veniat sup vos oīs sanguis iustus.

¶ Facite ergo fructū dignū pnie. Et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus abrahām.

